BIBLIOTECA NAZIONALE ITT. EMANUELE ROMA
4 G 19
M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

1.3.6.
6

Digitized by Google

Digitized by Google

Gratian Johann Jacob

Digitized by Google

SPECVLVM

THEOLOGIÆ MYSTICÆ.

Sive

DISSERTATIONES, ET MEDITATIONES ALLEGORICAE,

Quibus pleraque Vtriuſq; Teſtamenti Myſteria, ex ipſis Sacris Literis, Patribus, aliiſque tam modernis, quam veteribus Doctoribus varios in uſus explicantur & illuſtrantur.

Autore

IOAN. IACOBO GRASSERO,
CIV. ROM. C. P.

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE IN ROMA



ARGENTORATI.
Impenſis Hæredum LAZARI ZEZNERI,
M. DC. XVIII.

Digitized by Google

Cyrillus in Joan.

In ſcripturis divinis latet incomprehenſibilis ſapientia, & magna profunditatis altitudo in ipſis invenitur. Et, excedunt mentem hominis divina myſteria.

VIRTV-

VIRTVTI
Et
HONORI
NOBILISSIMORVM
HELVETIAE
PROCERVM,
D. FRANCISCI LVDOVICI
AB ERLACH,
LIB. BARONIS IN SPIETZ, &c.
ET
D. IOANNIS IM THVRN,
DOMINI IN THAYINGEN, &c.
SPECULUM HOC
THEOLOGIAE MYSTICAE
Conſecrat, Dedicat L. M.
IOAN. IACOBVS GRASSERVS.

Bibl Sac Coll Rom Soc J.

)(2

Digitized by Google

ODA

DEDICATORIA.

ERLACHIANÆ *atque inclytæ*
THURNIÆ
Magmenta Gentis, queis Genius meæ
Helvetiæ, rarum æviterni.
Conſtituit monumentū honoris,
Laudes avitas, ſi facili juvat.
Tractare noſtros forte manu libros,
En Myſticas orationes,
Et Biblicas meditationes
Sinceri Amici. Civica Lauppiæ
Pugnæ RHODOLPHUS *quam meruit tuus,*

Peren.

Perennat alti inſtar Trophæi,
Indicium egregij Triumphi,
Non uno noſtris Compater optime
Canende Muſis nomine, Patriæ
Senator illuſtris, piorum
Nobile præſidium Clientum.
Schaphhuſianæ vel veteres Lares
Vrbis, tuorū, BRYMSIADUM *decus*
Illuſtria æternant Parentum
Nomina, nominibuſq́ maius
Inſcribet alto Gloria marmori
Programma, claro dignum anade-
mate,
Quo gratiæ & dulces Camenæ
Magnanimos venerātur auſus.
Hæc veſtra Virtus, & Genij enthei
Affectus ipſo ſanguine patrio
Ferventior, veriq́ amoris
Relligio, calamum inſolente

Implevit atramento, animæ aridæ
Audax vigorem infundere Muſi-
cum,
Myſteria ut priſci noviq́;
Fœderis, exiguo Libello
Offerrem amicis principibus meis,
Viri eruditi, Magnanimi, Pij
Heroicorum æterna Biga
Nobilium, Procerumq́; imago.
Vivamus ergo juncti Adamantino
In ſera amici ſecula vinculo,
Arcana gaudentes Iehovæ
Pierio celebrare plectro.

DE THEOLOGIA MYSTICA.

IOAN. IACOBVS GRASSERVS Lectori Chriſtiano Salutem.

CVm malim aliorum, quam meis verbis loqui, Lector humaniſſime, quid de Theologia Myſtica, cujus ſpeculum exhibeo, ſentiendum, & quomodo illa tractanda, ſuiſq; ſit applicanda uſibus, ex Hieronymo Laureto, & Laurentio Ramirez de Prado, ſequentia ſubnectere conſultò volui.

Duplex eſt ſenſus ſacræ ſcripturæ, Litteralis, & Spiritualis; de quibus ita ait Dionyſius Areopagita. Duplicem eſſe Theologorum traditionem, Arcanam alteram & Myſticã: Alteram verò manifeſtam atq; notiorem: & alteram quidem ſignificativam ac perficientem: alteram verò ſapientiæ ſtudioſam, ac *Epi. 9.*

 demon-

demonſtrativam,&c. Horum ſenſuum congruentiam afferunt Doctores; ut videlicet per ſenſum Myſticum, divina Myſteria indignis abſcondantur. Ait enim idem Dionyſius, nefas eſt, ut ſacra teſtantur eloquia, ſpiritualium Margaritarum puriſſimum illum ac permiſtionis ignarum, perlucidumque decorum & ornatum, totius venuſtatis Authorum in porcos abiicere. Rurſus Origenes. Sicut in noviſſimis diebus Verbum Dei ex Maria carne veſtitum proceſſit in hunc mundum, &aliud quidem erat, quod videbatur in eo, aliud quod intelligebatur. Carnis namq; aſpectus in eo patebat omnibus, paucis verò & electis dabatur. Divinitatis agnitio. Ita & cum per Prophetas, vel Legislatorem Verbum Dei profertur ad homines, non abſque competentibus profertur indumentis. Nam ſicut ibi carnis, ita hic litteræ velamine tegitur: ut littera quidem aſpiciatur tanquam caro, latens vero intrinſecus ſenſus, tanquam Divinitas ſentiatur. Item Auguſtinus, Credo, quod ipſe animi motus quamdiu rebus adhuc terrenis implicatur, pigrius inflammatur, ſi verò feratur ad ſimilitudines corporales, & inde ad ſpiri-

Digitized by Google

ſpiritualia, quæ illis ſimilitudinibus figurantur, ipſo quaſi tranſitu vegetatur, & tanquam in facula ignis agitatus accenditur, & ardentiore dilectione rapitur ad requiem & quietem. Conducebat enim hæc ſenſuum multiplicitas humanæ mentis ſomnolentiæ excitandæ. Quod in promptu eſt negligimus, ut in foribus Hydriam, iuxta Græcorum proverbium: ad recondita ſemotaque ſumus avidiores; & ut magis illa iuvant, quæ pluris emuntur, ita chariora nobis ſunt, quæ cum labore ſumus aſſequuti, quam quæ ultrò obtigerunt. Præterea quemadmodum multa per vitrum aut ſuccina pellucent iucundius, ita magis delectat veritas per Allegoriam relucens. Demum ſicut habet plus caloris radius ſpeculo aut ænea pelui exceptus: ita vehementius afficiunt animos noſtros, quæ per Allegoriam traduntur. Quod idem uſu venit in picturis. Conferunt enim memoriæ, quæ difficilius capiuntur. Oportet autem ut dicenda intelligantur, primum explicare, quis nam ſit ſenſus litteralis, & quis ſpiritualis: &c. Hieron. ſup. Ioan. 1. Prudens rogandus eſt Lector, ne eundem velit ordinem Tropologiæ quem & Hiſtoriæ quære-
re.

Digitized by Google

re. Nam & Apoſtolus Agar & Saram ad duo Teſtamenta refert, & tamen non omnia, quæ in Hiſtoria illa narrantur, Tropologicè interpretari poſſumus, &c. Orig. ſup. Matth. cap. 13. Quemadmodum in Imaginibus ac ſtatuis ſimilitudines, non omni ex parte reſpondent ijs, ad quæ conferuntur, tum in plano ſine eminentiis, tum in ſtatua cum eminentiis, ſed non intrinſecus: ita cum regnum cœlorum ſimile dicitur rei cuipiam, ſimile dicitur non ſecundum omnia quæ adſunt illi, ad quæ confertur ſimilitudo, ſed ad quædam duntaxat, quæ conducunt ad aſſumptam rationem. Chryſoſtomus ſup. Matth. hom. 63. in Parabolis non oportet nimia in ſingulis verbis cura angi, ſed cum quid Parabolam intendit didicerimus; inde utilitate collecta nihil ulterius anxio eſt conatu inveſtigandum. Item Theophilactus ſup. Luc. 16. Omnis Parabola obliquè & figurato modo rerum quarundam naturam manifeſtat, nec enim per omnia rebus illis aſſimilata, propter quas aſſumpta eſt. Idcirco non oportet omnes Parabolarum partes curioſiùs inquirere, ſed quatenus apparent propoſito utiles: reliquæ enim omittē-
dæ

dæ ſunt, quaſi Parabolam contexentes; & nihil ad propoſitum conducentes. Item Auguſtinus 16. de Civit. Dei. Non ſane omnia quæ geſta narrantur, aliquid etiam ſignificare putanda ſunt, ſed propter illa, quæ aliquid ſignificant etiã ea, quæ nihil ſignificãt, attexeruñt. Solo enim vomere terra proſcinditur, ſed ut hoc fieri poſſit, etiã cætera aratri mẽbra ſunt neceſſaria. Et Soli nervi in Citharis atq; hujusmodi vaſis Muſis aptantur ad cantum, ſed ut aptari poſſint, inſunt & cætera in compaginibus organorum: quæ non percutiũtur à canentibus, ſed ea quæ percuſſa reſonant, his connectuntur. Ita in Prophetica hiſtoria dicuntur & aliqua, quæ nihil ſignificant, ſed quib. adhæreant, quæ ſignificãt. &c. Ramirez c. 28. Quomodo diuvs Paulus dicit c. 4. ad Galatas nu. 24. duos filios Abrahæ eſſe per allegoriam duo teſtamenta? minime id dicit Paulus, nam quæ ſunt dicta & facta per typum, ſive figuram, non poſſunt dici per allegoriam. Quæ ut radicitus intelligantur, operæ pretium duco animadvertere; figuras & tropos in ſcriptura ſacra tot eſſe numero, quot in litteris Prophanis, uno excepto typo, qui nuſquam locorum, niſi in ſacra Scriptura

reperitur

reperitur. Nam typus, ſive figura, & delineatio naſcitur ex hiſtoria, quæ non ſolum vera hiſtoria ſit; ſed hiſtoriam futuram, præcipuè ex inſtituto repræſentet. Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, in quem qui ſpectabant ſanitatem conſequebantur. Num. cap. 21. num. 9. ſed illud factum, quod hiſtoriam futuram repræſentat, Typus erat Crucis, & noſtræ ſalutis in Chriſto Ieſu. Hiſce dictis nullus locus eſt allegoriæ. At uerò quivis poterit his addere alllegoriam, exemplo erit. Ionas Propheta verè fugit à facie Domini in Tharſis, & fuit in ventre ceti. Ionæ cap. 1. nu. 3. & cap. 2. à num. 1. Hæc eſt hiſtoria: ſed Ionas in ipſa hiſtoria refert Chriſtum, qui deſcendit à ſinu patris in hoc mare, & fuit ſepultus, poſteaque reſurrexit. Huccuſq; Hiſtoria, & Typus. Sequitur Allegoria: cum dicimus Ionam repræſentare peccatorem, qui negligit præcepta Dei, & fugit, ſeparatq; ſe à Deo ſed hunc ſua peccata demergunt in profundum, abſorbeturq; à beſtiis. Si tamen in ventre ceti ſe ad Deum convertat per orationẽ, & pænitentiam, nõ ſolum à beſtia liberatur; ſed alios quoq; peccatores ad pænitentiam perducet. Nunc has tres partes, Hiſtoriã, Typum,

pum,& Allegoriam, in loco Pauli oſtendamus. Hiſtoria eſt: Abraham habuiſſe duos filios, alterum ex ſerva, alterum ex libra. Typus ſequitur, hæc ſunt duo teſtamenta, unum in monte Sina, alterum in monte Tabor, quod eſt Euangelium. In tertia parte ſequitur Allegoria. Hieruſalem terreſtris, id eſt, Synagoga ſerva, genuit Iudæos, qui in cæremoniis manent. Hieruſalem cœleſtis, mater fidelium libera eſt, hæc genuit fideles, qui legem gratiæ cuſtodiunt. Totius loci formam ſic deſcriptam vide.

Digitized by Google

		Vxores	
	I	*duæ*	II
HISTORIA.	Agar		Sara
	Serva	Filii	*Libera*
		duo	
	Iſmael		Iſaac
	ex carne ſervus	Teſtamenta	*Ex promiſsione Liber*
		duo	
	Lex in Sina		Evangelium
TYPUS.	*Ceremoniæ*	Civitates	*Regnũ cœlorũ*
		duæ	
	Hieruſalem terrena		Hieruſalem cœleſtis
	Synagoga ſerva, quæ ſervit cum filijs ſuis	Filij	*Mater omnium fideliũ Libera.*
		duo	
ALLEGORIA.	Iudæi		Fideles
	qui in cæremonijs manent.		*qui ſunt filij gratiæ*

PRO-

Digitized by Google

PROBO LECTORI

I.

CArmine perfacili ſcripturæ arcana Philippus
(O quantus ille Vir) interpretatus eſt.
Vt Moyſes tergum IOVÆ, *è rupe viderit: utque*
Rubum ſubire non ſit auſus flammeum. &c.
Carmine cum ſimili poſſet quoque talia, noſter
GRASSERVS, *affinis mihi Suaviſſimus:*
Conyicere in tabulas mavult, facileſque, brevéſque
Vt cuilibet pateſcant & ſint obvia.
Scilicet hinc clauſos poteris decerpere flores:
Quos mox apertos exhibebis omnibus.

Vale & fruere

T. D.

II. Nempe

Digitized by Google

II

NEmpe ſalutis iter, pandit ſacra pagina cunctis,
Atque eſt innato, lumine clara ſatis;
Hinc verè irradians oculos lux, hinc quoque fertur,
Noſtrorum in tenebris eſſe lucerna pedum.
At tamen hæc eadem paſsim myſteria magna,
Multa ſub externo cortice preſſa tegit.
Hæc dum Graſſerus reſerat, dum tramite recto;
Explanat clauſos mente ſolerte typos.
Dum varios uſus monſtrat, dum recta piorum
Exquirit Doctorum & meditata Patrum.
Quæ non hinc illi debentur præmia laudis.
Quis non eximium prædicet ingenium.
Nempe eſt Theologus, polyhiſtor, magna Palati
Cæſarii pars eſt, atq; Poeta gravis.

C. T.

SPECV.

Digitized by Google

SPECVLVM THEOLOGIAE MYSTICAE.

Sive

DISSERTATIONES, ET MEDITATIONES ALLEGORICÆ,

Quibus ſelectiora Vtriuſq; Teſtamenti Myſteria, ex ipſis ſacris Litteris, Patribus, aliiſq; tam modernis, quam veteribus Doctoribus varios in vſus explicantur, & illuſtrantur.

LIBER PRIMVS.

Sit Iova principium, medium Iova, ſit Iova finis.

DISSERTATIO I.

De feliciſſima illa Arbore in qua, ut D. Ignatius ait, Amor noſter crucifixus eſt.

QVEMADMODVM cruciatus illi, quos Dominus IESUS, Salvator noſter benigniſſimus, noſtri cauſa in ARBORIS cruce ſuſtinuit patientiſſimus, ob inauditam dolorum & anguſtiarum magnitudinem, nullis

hactenus verbis exprimi; ſic profundiſſimâ tanti beneficij myſteria, propter admirationis immenſitatem, ſatis celebrari nuſquam potuerunt. Vnde Apoſtolus Paulus, qui in tertium uſque cœlum raptus, audivit ineffabilia, quæ auris nulla audivit, oculus nullus vidit, & in cor hominis non deſcendit, omnes ſuos ſenſus & conatus, in hoc unum intendit, ut nihil ſciret, quàm CHRISTUM IESUM CRUCIFIXUM, 1.Cor.cap.2.v.2.

Vt igitur ad Dei gloriam & noſtri ſalutem, feliciore cum ſucceſſu, in ſacris hiſce meditationibus, quibus nos triſtiſſimis & perditiſſimis his ultimis temporibus occupatos eſſe decet, pergamus, Divino invocato præſidio, religioſa conſideratione arbitrabimur, quæ venerandis ſuis monumentis, nobis pia vetuſtas reliquit.

Qui verò Typi, qui fines & fructus feliciſſimæ huius ARBORIS fuerint, Plures ex Patribus, non minus graviter, quàm ſubtiliter docuerunt.

CYRILLUS Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopus, qui circa annum Chriſti quadringenteſimum triceſimum floruit, libro octavo, cap. 17. in Ioannem ſequentes habet meditationes.

Hæc, ſcilicet Arbor, eſt Lignum vitæ; quod in medio Paradiſi plantatum eſſe Scriptura commemorat, quia ab ipſa vivifica nobis & vitalis Medicina proceſſit.

Hæc deſignata fuit per Ligna, quæ humeris ſuis tulit

tulit Iſaac, cum immolandus erat in holocauſtum. Nam Chriſti humeris crux bajulata, totius mundi in ſe tulit pretium.

Hæc eſt ſcala Iacob, à terra in cœlum porrecta, cui Dominus innixus eſt, per quam nobis cœleſtia regna conſcendere datur

Hæc poſtibus & ſuperliminaribus domorum Iſraelitarum figurata deſcribitur, quæ ſanguine Agni delibuta, exterminatorem primogenitorum Aegypti, ne ingrederetur propulerunt.

Hæc eſt Virga Moſaica, quæ Mare Rubrum percutiens diviſit aquas, & traducto Dei populo, Regem Aegyptium cum toto equitatu ſubmerſit.

Hæc eadem bis ſilicem percutiens, aquam largo fluxu eduxit.

Ipſa itidem lignum eſt, quod fluuio Marath immiſſum amaritudinem aquæ in dulcedinem convertit.

Ipſius figuram atq; formam, manibus extentis referens Moſes, ſuperbum Amalech pugnam cientem, atq; in populum Dei ductantem exercitum, oratione ad Deum facta, vicit.

Deniq; ipſa lignum illud eſt, quo in deſerto ſuſpenſus ſerpens æneus, omnibus ipſum conſpicientibus, ſanitatem à morſu ſerpentum reddidit: Nam quiſquis oculos animi in Chriſtum cruci affixum convertit, ab omni vulnere peccati ilicò curabitur. Vnde *Iſidorus* de ſummo Bono: *Si paſſio Chriſti redemptoris ad memoriam reducatur, nihil eſt tam durum, quod non æquo animo toleretur. Parua enim videbuntur quæ toleramus, ſi recordamur quid*

biberit ad patibulum, qui nos invitavit ad cœlum. Et CYRILLUS ibidem vid. lib. 8. cap. 17. in Ioannem.

Sicut Moſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita oportet Filium hominis. At verò cùm per huiuſmodi exaltationem in cruce eiectus ſit Princeps huius mundi foràs, conſtat omnibus per Crucis vexillum devictas eſſe à Chriſto Dæmoniacas cohortes, vt ſicut per Lignum vicerat ſerpens Primum Adam, unde in omnes tranſivit mors, ita quoq; per Lignum idem vinceretur à ſecundo Adam, unde nobis profluxit vita omnis & gratia. Hinc factum eſt, vt in laqueo ſuo comprehenſus ſit Peccator, & ſuis vt aiunt, telis confoſſus.

Hæc eſt Arca Noe, per quam ſalvamur à Diluvio iunundantis aquæ vitiorum, & incolumes ſervamur

Hæc eſt ipſa Funda, qua David Goliath, horrendum armis & formidabilem viſu, proſtravit humi.

Ferrum fundo aquæ demerſum Heliſæus, immiſſo ligno ad ſupremam aquæ parte n natans eduxit. Nos ad ima Barathri depreſſos, Crux ſancta ſubvexit ad aſtra.

Duo Ligna colligens mulier Sareptana, Prophetam domo ſuſcepit, atq; ſine olei. farinæq; ſuæ diminutione, aliquandiu victitavit. Cruce inſignita mens, cœleſti alimonia, & Spiritus Sancti gratia affatim paſcitur.

Ipſa eſt ſignum Thau, ſignatum in frontibus virorum gementium, ſupra abominationes, quo mundi

di ab interitu erepti ſunt cæteris omnibus interfici iuſsis.

ATHANASIUS qui centum annis Cyrillũ in Epiſcopatu Alexandrino præceſsit, libro ſecundo de Incarnatione verbi, ita ſcribit: *Si quis porrò non contentioſe, ſed diſcendi ſtudio inquirat, cur non aliter quam* CRUCE *conſumatus ſit Chriſtus, audiat & hic non aliter nobis expediſſe, Dominumq́ propter nos, id inprimis mortis genus pertuliſſe. Nam ſi maledictum, quod erat contra nos, portare ipſe venerat, quomodo maledictum ipſe factus eſſet, niſi mortem illam, quæ pro maledicto erat excepiſſet? Ea verò crux eſt, ſic enim ſcriptum eſt: Maledictus omnis qui pendet in ligno.*

Præterea ſi mors Domini redemptio omnium eſt, eiuſque morte medius paries maceriæ ſolvitur, fitque vocatio Gentium, quomodo nos ad ſe invitaret, niſi crucifixus eſſet? Sola enim in cruce expanſis manibus quiſq́ moritur. Idcirco merito Dominus hanc pati debuit & manus extendere, vt alia Iudæos, alia Gentiles attraheret, amboſque in ſeipſo coniungeret. Hoc enim & ipſe dixerat, ſignificans qua morte eſſet moriturus omnesq́ redempturus. Cùm exaltatus, inquit, fuero, omnes traham ad me ipſum. Ad hæc, ſi hoſtis generis noſtri Diabolus è cœlo lapſus, circa hunc aerem inferius oberrat, ibique Dæmonibus cum eo lapſis, vt per inobedientiam ſimilibus imperans, eos qui falluntur illorum miniſterio imaginibus ludit, atq́ ad alta tendentes, impedire conatur, de quo & Apoſtolus ait, ſecundum

principem poteſtatis aeris huius, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ. Profecto & Dominus idcirco venit, vt & Diabolum deijceret & mundo aere iter nobis ad cœlos aſcendendi præpararet: ſicut ait Apoſtolus, per Verbum, hoc eſt, per carnem ſuam: id verò oportebat per mortem fieri. Qua autem morte, niſi quæ in aere moritur, qui in cruce conſumatur, ideo hanc merito Suſtinuit Dominus. Sic enim exaltatus aerem ab omni Diaboli ac Dæmonum incurſione purgavit, dicens, Videbam Sathanam quaſi fulgur cadentem: aſcenſumq; ad cœlos iter faciens innovavit, iuxta illud, Tollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales. Neq; enim ipſe Verbum aperiri ſibi Ianuas opus habebat, qui erat omnium Dominus aut Creatori ſuo clauſa erat Creatura vlla, ſed nos eo indigebamus, quod ille in corpore ſuo ad ſuperna provexit. Sicut enim illud morti obtulit pro omnibus, ita per ipſum rurſus viam, qua ad cœlos aſcenderemus aperuit. Fuit igitur congrua atq; conveniens pro nobis ſuſcepta Crucis mors, eiusq; cauſſa per omnia plena rationis innotuit, iuſtiſsimeq; defenditur, non aliter quam per CRUCEM *oportuiſſe Salutem omnium fieri.* Vide *plura ibidem tam antecedentia* quam conſequentia.

Tritum eſt illud *Auguſtini* qui vixit circa annum Chriſti 355. *Crux morientis, facta eſt etiam Cathedra docentis.*

Idem lib. de fid. & Symb. cap. 5. *Ignominioſiſsimam & crudeliſsimam paſſus eſt mortem in cruce, ne ulla vel ignominia vel crudelitas ſupplicij & mortis nos perterrefaciat.*

Am-

Ambroſius de obitu Theodoſ. tom. 3. *comparat Crucem Chriſti gladio. Et ſane vt Caleb deſtructa Hebron tres crudeliſſimos Enackinianos interemit*, ſic Chriſtus, Immaniſſimos Gigantes, mortem, Peccatum & Mundum tanquam filios magni Enackim, ſive Diaboli, è medio ſuſtulit.

Vt Gedeon Midianitas interemit & Samſon Philiſtinos, ſic Chriſtus Diabolum.

Imò vt David Goliatho, ſuo proprio gladio caput amputavit, ſic Chriſtus ligno, ſerpenti caput contuſit, quo in noſtram perniciem vti cogitarat, primo parentes fructu ligni ſeducens.

Irenæus, qui circa annum Chriſti 165. excellens Apoſtolicæ fidei Doctor, Lugduni in Gallia floruit, à Tertulliano *Curioſiſſimus omnium doctrinarum explorator* nominatus, dicit libr. 5. *Quemadmodum per Lignum facti ſumus debitores Deo, ita per Lignum accipimus debiti noſtri remiſſionem.*

L. CÆLIUS, à Firmio Italiæ oppido Firmianus & à lacteo eloquentiæ flumine Lactantius dictus, qui circa annum Chriſti 314. in tanta vixit egeſtate, vt cui ne ad victum quidem neceſſaria ſuppetiverunt. libr. 4. cap. 26. ait: *Dixi de humanitate & fragilitate & paſſione, cur hæc Deus ſubire maluerit: nunc ipſius* CRVCIS *ratio reddenda eſt & vis enarranda, quid ſummus Pater a principio diſpoſuerit, & quemadmodum cuncta quæ geſta ſunt ordinaverit, non tantum di-*

Digitized by Google

Magnũ in Chriſti paſſione, omniq́; actione myſterium.

vinatio Prophetarum quæ in Chriſtum vera præceſſit, ſed etiam ratio ipſius Paſſionis docet. Quæcunque enim paſſus eſt, non fuerunt inania, ſed habuerunt figuram & ſignificationem magnam, ſicut etiam divina illa opera quæ fecit, quorum vis & poteſtas valebat quidem in præſens, ſed declarabat aliud in futurum. Aperuit cæcorum oculos virtus cæleſtis, & lucem non videntibus reddidit. Et hoc facto ſignificavit fore, vt converſus ad Gentes, quæ Deum neſciebant, inſipientium pectora illuminaret luce ſapientiæ, & ad veritatem contemplandam oculos cordis aperiret. &c. & paulò poſt de noſtro propoſito.

Quare Chriſtus in cruce mori voluit.

Dicat fortaſſe aliquis, cur ſi Deus fuit, & mori voluit, nõ ſaltẽ aliquo honeſto mortis genere affect⁹ eſt? Cur potiſſimum Cruce? Cur infami genere ſupplicij? Quod enim homini libero, quamvis nocenti videatur indignum. Primum quod is qui humilis advenerat, vt humilibus & infirmis opem ferret, & in omnibus ſpem ſalutis oſtenderet, eo genere afficiendus fuit, quo humiles & infirmi ſolent, ne quis eſſet omninò, qui eum non poſſet imitari (mallem qui per eum non poſſet ſalvari.) *Deinde vt integrum corpus eius ſervaretur, quem die tertio reſurgere ab inferis oportebat. Nec hoc cuiquam ignorandum eſt, quod ipſe ante de ſua paſſione prædicans, etiam id notum fecerit, habere ſe poteſtatem, cum vellet, deponendi ſpiritum & reſumendi. Suffixus itaq́; cum Spiritum ſponte depoſuiſſet, neceſſarium Carnifices non putaverunt, oſſa eius ſuffringere (ſicut mos eorum ferebat) ſed tantummo-*

do

do latus eius perforaverunt. Sic integrum corpus patibulo detractum eſt, & ſepulchro diligenter incluſum, Quæ omnia idcircò facta ſunt, ne læſum atq; diminutum corpus ad reſurgendum inhabile redderetur. Illa quoque præcipua fuit cauſſa, cur Deus crucem maluerit, quod illa Exaltari eum fuit neceſſe, & omnibus gentibus Paſſionem Dei noteſcere. Nam quoniam is qui patibulo ſuſpenditur, & conſpicuus eſt omnibus & cæteris altior. Crux potius electa eſt, quæ ſignificaret illum tam conſpicuum támque ſublimen futurum, ut ad eum cognoſcendum, pariter & colendum cunctæ nationes, ex omni orbe concurrerent. Deniq; nulla gens tā inhumana eſt, nulla regio tam remota, cui aut paſſio eius aut ſublimitas Maieſtatis ignota ſit. Extendit ergo in paſſione, manus ſuas, orbemque dimenſus eſt, vt iam tunc oſtenderet ab ortu Solis uſque ad occaſum magnum populum ex omnibus linguis, & tributus congregatum, ſub alas ſuas eſſe venturum; & ſignum illud maximum atq; ſublime frontibus ſuis ſuſcepturum. Cuius rei figuram Iudæi etiam nunc exhibent, cum limina ſua de cruore agni notent. Deus enim percuſſurus Aegyptios, ut ab ea plaga immunes faceret Hebræos, præceperat his, vt agnum candidum ſine macula immolarent, ac ſignum liminibus ſuis de ſanguine eius imponerent. Itaque cum Aegyptiorum primogenita una nocte interiſſent, Hebræi ſoli ſigno ſanguinis tuti fuerunt: non quia cruor pecudis tantam in ſe vim haberet, vt hominibus ſaluti eſſet, ſed imago fuit rerum futurarum. Nam agnus candidus ſine maculæ Chriſtus fuit, id eſt, innocens & juſtus & ſanctus

qui ab iiſdem Iudæis immolatus ſaluti eſt omnibus, qui ſignis ſanguinis, id eſt, crucis qua ſanguinem ſudit ſua in fronte conſcripſerunt. Frons enim ſummum limen eſt hominis, & limen ſanguine delibutum crucis ſignificatio eſt. Denique immolatio, pecudis ab iis ipſis, qui faciunt Paſcha, nominatur ἀπὸ τοῦ πάσχειν, *quia paſſionis eſt figura, quam Deus præſcius futurorum tradidit per Moſem populo ſuo celebrandam. Sed tamen figura valuit in præſenti ad depellendum periculum, ut appareat quantum veritas ipſa valitura ſit ad plebem Dei protegendam, in extrema totius orbis neceſſitate. &c.*

MEFFRET. ſerm. 10. domin. 2. poſt Paſcha. *Inferior ſum cunctis miſerationibus, & omni veritate, quam feciſti cum ſervo tuo: quoniam cum baculo meo tranſivi Iordanem iſtum, nunc autem habeo duas turmas. Mediante etiam iſto baculo debet anima fidelis ſupportari, & per tempeſtatem huius mundi ad cælum navigare, quia Crux Chriſti eſt pons, per quam Chriſtus tranſivit, lectus in quo ipſe dormivit, ſcala per quam aſcendit, libra in qua noſtra Redemptio pependit.*

Crux Chriſti baculus & pons.

Qui in meridie ſe reclinant ad dormiendum in æſtate, feneſtras Thalami claudunt, ut quietius dormiant. Quando Chriſtus fatigatus de miſeria dormire voluit in lecto crucis, feneſtræ mundi videbantur clauſæ, dum factæ ſunt tenebræ ſuper univerſā terrā.

Lectus.

Divites & nobiles quando pecuniam ſolvunt in magna quantitate, non numerant illam, ſed ponderant ſeu librant. Sic per Chriſtum facta eſt copioſa noſtra redemptio. Ponebatur enim Chriſtus quaſi in

Libra qua lytrū ſolvitur.

inferiore

inferiore pendiculo libræ, & homo peccator in alto, inventum quod Chriſtus ſit ſufficientiſſimè ponderoſus, deſcendit ad medium imo ad infernum. Et quantum Chriſtus deſcendit, tantum peccatorem hominem exaltavit, videlicet ad cœlum: & ſic impletum illud Ezechielis c.17. Exaltavi lignum humile, & humiliavi lignum ſublime.

Et hæc de Myſterio crucis, *faxit Deus, ut Chriſti, filij ſui unigeniti crucifixio, crucifigat in nobis omne vitium.*

DISSERTATIO II.

De eo quod Chriſtus Dominus ſurrexit à cœna & depoſito pallio, ſe linteo præcinxit, & aquam in pelvim immiſit.

IOANNES FERUS in 13. cap. Ioan. *Magnum & mirum hoc ſpectaculum eſt, à ſeculo nunquam viſum. Primò enim non conſueverunt Domini prius ſurgere à menſa, quàm ſervi. At Chriſtus ipſis recumbentibus ſurgit, vt verum appareat illud, quod paulò poſt dixit: Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. Itémque illud: Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare.*

Deinde depoſitione veſtimentorum, præcinctione, & apportatione aquæ, oſtendit, ſe planè paratum miniſtrare, adiuvare, beneſacere, id quod ſummè nos conſolari debet. Poſtremò ipſe miniſtrat, & quidem humillime: procumbit enim ad genua, incipit lavare, *Ineffabilis Chriſti bonitas.*

lavare, non manus, quod honeſtius miniſterium fuiſſet, ſed pedes, quod abiectiſſimum, atque adeò ſordidum eſt officium, ut non niſi indigentiſſimis cõmittatur. Et hæc omnia ſolus exſequitur, ſolus aquam infundit, ſolus lavat, ſolus tergit: quis hîc non exclamat cum Propheta: Conſideravi opera tua, & expavi. Amabo confer tecum quis fuerit Chriſtus, & quibus laverit pedes, de dignitate Chriſti jam audivimus; quid autem humilius erat Apoſtolis, omnes enim pauperes & contemptibiles, inſuper unus ex eis erat proditor, alter futurus erat abjurator, nihilominus tamen amenter eis miniſtrat. Quid negare nobis poterit, qui in tantum ſe humiliavit? Revera enim hic intelligis, quòd omnino factus fuerit omnium virorum noviſſimus. Ideò autem pedes potius lavit, quàm manus aut caput, quia in lavandis pedibus & affectuoſior eſt geſtus humilitatis & propinquior ſignificatio charitatis, qua nos lavit in ſanguine ſuo. & paulò poſt:

Abac. 3.

à Chriſto omnia confidẽter ſperanda.

Quanto pere homo humiliari debeat.

Erubeſcat homo de ſua ſuperbia, cum videat filium Dei in tanta humilitate ſervire. Quid igitur ſuperbis terra & cinis? Adhuc ne extento collo ambulas vilis homuncio? Intuere ſpeculum humilitatis. Salvator tuus pronus miniſtrat, & tu te alijs præfers? Chriſtus enim proditori pedes lavat, & tu dedignaris reconciliari fratri? Deinde Chriſtus hoc facto omnem ex Apoſtolorum cordibus voluit evellere arrogantiam: quod vitium illuſtribus viris, & magna gratia aut officio præditis, admodum peculiare eſt, ideò ne dum verbis, ſed etiam facto & exemplo ſuo eos ad modeſtiam, & manſuetudinem excitare voluit, idq́ʒ

Quo celſior gradus, eo ſuperbior. ſpiritus

jam

jam moriturus, ut altius eis infigeretur. Præterea Chriſtus hac ſui de ectione, remedium oppoſuit, contra primum peccatum hominis, nempe ſuperbiam.

Quod enim primus homo ſuperbiendo deliquit, hoc Chriſtus ſua humilitate exſolvit. Inſuper Chriſtus hoc facto docuit, neminem ſublevandum niſi prius dejectum. Poſtremò totum etiam negotium Chriſti, Ioannes his verbis adumbravit. Primò enim revera Chriſtus ſurrexit à cœna, id eſt, de accubitu ſuo, de ſinu Patris, de Throno incircumſcripto Majeſtatis. Nec ob aliud ſurrexit, quam propter miſeriam inopum & gemitum pauperum. Deinde depoſuit veſtimenta ſua, ſcilicet, gloriam, famam, nomen, potentiam, exinanivit ſe à claritate, quam habuit, priusquam mundus fieret, adeò ut nudus, id eſt, noſtri per omnia ſimilis factus apparuit. Vnde quemadmodum olim impius Cham, patrem ſuum denudatum irriſit: ſic nedum Iudæi, ſed pleriq; etiam Pſeudochriſtiani hanc Chriſti humiliationem irriſerunt, ac propterea contenderunt, eum non eſſe Deum de Deo genitum, ſed tantum hominem, & ex Maria eſſe cœpiſſe.

Propterea cinxit ſe linteo albo, id eſt, immaculato corpore, incorruptaq; natura humana, quæ quaſi linteum album, non tantum in ſe munda fuit, ſed etiam nos mundos reddidit, maculasq; abſterſit. Vel linteo ſe præcinxit, id eſt, tribulatione paſſionis & mortis, atque in hoc charitatem, quam mirificè inchoavit, magnificentius perfecit.

Deinde miſit aquam in pelvim, id eſt, ſuper credentes effudit Spiritum Sanctum, quem ſua paſſione

Digitized by Google

Cap. 36. *nobis promeruit, qui Spiritus in Ezechiele, dicitur aqua munda: Effundam, inquit Dominus, ſuper vos aquam mundam &c. Vel miſit aquam in pelvim, id eſt aperuit, nobis ſenſum, vt intelligeremus ſcripturas. Olim erat aqua in hydria, clauſa erat ſcriptura, ſignatus erat liber, & abſcondita Dei myſteria, velata erat facies Möyſi. Nunc autem Chriſtus in pelvim miſit aquam, id eſt quæ in ſcripturis abſcondita erant, reevlavit ad ſalutem credentium &c.*

Chriſtus aperuit Sãctuarium.

DISSERTATIO III.

De Avibus quæ circa Paſcha lætiores & vivaciores conſpiciuntur.

QVandoquidem in Chriſti Salvatoris noſtri triumphali reſurrectione, non modo cœlum lætatur, ſed ipſæ quoq; volucres cœli ſingulari exultant lætitia, noſtræ liberationi congratulantes, de octo illis avibus diſſeremus, quæ circa Paſchatis feſtivitatem, alacriores, vivaciores, & lætiores conſpiciuntur, novo ſuo cantu, communionem gaudij noſtri innuentes.

Prima Auſpicalium hujusmodi Avium eſt Philomela ſeu Luſcinia, quæ plerunque tempore Dominicæ Reſurrectionis, præ maximo gaudio ſuaviſſimè modulari ſolet. Ea quidem eſt corpuſculi exigui, ſed cantus longè amœniſſimi & rariſſimi, & quæ tantopere ſuaviſſimi ſui cantus

cantus modulatione delectatur, ut quandoque per cantum deficere videatur: & poſtquam corpuſculum cibo refecit, iterum canit, corporiſq; exiguam quantitatem, per cantus amœnitatem reſtaurat.

Spiritualis Philomela, eſt quilibet peccator pœnitens, qui, ut Maria Magdalena, debita cum humilitate ad pedes Chriſti, proſtratus jacet, & anguſto gutture inter lacrymas & ſuſpiria, profert: Domine ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, vbi poſuiſti eum, & ego tollam eum. Suaviſſima autem voce à Domino compellatus, ineffabili cum gaudio coram diſcipulis exclamat. Vidi Dominum. *Secunda eſt quæ quibusdam à Laude Alauda dicitur,* vt enim illa maxima cum jucunditate, extenſis in aëre pennis, vocis modulamine lætioris auræ tempori applaudit, & gratulatur, & in diluculo ante Auroram ſe elevans Solis ſplendorem nunciat, *ſic pœnitens peccator ſepoſitis terreſtribus & mundanis operibus, cœleſtia meditatur, & afflictiſſimæ ſuæ animæ, quæ in triſtiſſimis peccatorum tenebris exanimis languit, Chriſtum Solem Iuſticiæ & divinæ miſericordiæ ſplendorem, ac Spiritus ſancti illuminationem, recreationem & renovationem annunciat.*

Tertia eſt Chalandra Alaudæ ſimilis, quæ mira cantus ſuavitate audientes lætificat. Illa ab hominibus capta, perpetuo canendi exercitio, captivitatis ſuæ tædium, non frangit modo & mollit, ſed illius penitus obliviſcitur, vix vnum diem ſine lætiſſima modulatione præteriens.

Sic

Sic fidelis quilibet, Dominicæ memor reſurrectionis, vitæ hujus anguſtias & moleſtias tanta fert patientia, ut ab illis omnino liberatus prorſus videatur, nec horam tam noctis quam diei elabi patitur, quin Redemptori ſuo debitas exſolvat gratias, dicens cum

Pſal.103 Davide: *Benedic anima mea Iehovæ, & omnia interiora mea, nomini ſanctitatis ejus. Benedic anima mea Iehovæ, & ne obliviſcaris omnium beneficiorũ ejus: Qui remittit omnes iniquitates tuas, qui ſanat omnes infirmitates tuas: qui redimit de fovea vitam tuam, qui coronat te in miſericordia & miſerationibus. Qui ſatiat bono os tuum, & facit vt renouatur, ut aquilæ juuentus tua.*

Quarta eſt Hirundo, qua denotatur ille, qui noctem tenebrarũ tranſiiſſe gaudet, ſe in operibus lucis exercet, & dormientes ad laudes Dei excitat.

Quinta eſt Corruca, quæ juxta aquas in vepribus & arbuſtis nidificans, dum ſuauiſſimè canit, à cuculis infeſtatur quàm infenſiſſimè. *Hac deſignantur humiles, vitæ corruptionem agnoſcentes,* juxta illud Petri: *Omnes viciſſim ſubijcimini*

1.Epheſ. c. 5. *ſubmiſſione animi eſtote intus ornati; nam Deus ſuperbis reſiſtit, ſubmiſſis autem dat gratiam. Submittite vos igitur ſub potenti manu Dei, vt vos in tempore attolat, omni cura veſtra in eum coniecta, nam illi cura eſt de vobis.*

Hi debent nidificare juxta aquas ſcripturæ, in primis hoc veris tempore, quo homo ad vitia carnis inclinatur, quæ tolluntur ſancta prædicatione, & ſacræ Scripturæ lectione & meditatione, vt Hieronymus ad Ruſticũ Monachum ſcribit:

ſcribit: *Ama ſcientiam ſcripturarum, & vitia carnis non amabis.*

Hi etiam in vepribus ſe abſcondunt, h. e. in cruce & tribulatione ita precibus & piis exercitiis dediti ſunt, vt à mundanis nec cõſpiciantur nec impediantur, quandoquidem à mundo deſeritur quicunq; affligitur, & ſub cruce premitur.

Hi quoq; ſuaviter canere debent, nõ cordis ſolummodo deuotione, ſed oris quoque modulatione Chriſtum reſurgentem collaudare: vnde Greg. in Hom. de Reſurrect. Domin. ait: *Indignum valdè eſt, vt eo die laudes debitas taceat lingua carnis, quo die caro reſurrexit Authoris.*

Sed heu Dæmones, qui ſignificantur per cuculos, audientes dulcem cantum deuotionis, & etiam linguas hominum deuotorum, inſequuntur eos, etiam usq; in nidum Eccleſiæ, in qua ſunt homines devoti in Dei ſeruitio, & feruentes ubi non ceſſant perſequi: Quia Diabolus non ceſſat circumire, quærens quem deuoret, & quærit quos ex fidelibus perdat, & maximè illos quos in ſeruitio ſaluatoris ardentiores, eiq; familiariores inuenerit. Sed quia propter deuotionem eos in Eccleſiæ nidis non poteſt decipere, & perdere, ideò exſpectat eorum exitum, poſtquam venerint domum tunc per malas cogitationes intrat corda ipſorum, ſorbendo oua deuotionis & bonæ operationis, & ponẽdo ibi ſua propria oua malæ operationis, ut Ebrietatis, Luxuriȩ, Loquacitatis, Superbiæ, Vanitatis & Invidiæ; Et hæc ſi homines cõſenſu vel ope- *Diabolus deuotis inſidiatur.*

B re ex-

opere excubauerint, inſurgunt illa in ipſos, & ſpiritualiter occidunt in anima, & multoties etiam corporaliter. Vnde 1. Cor. 11. *Ideò inter vos multi infirmi, & imbecilles & dormiunt multi.*

Sexta Auicula, quæ Paſchatis tempore plurimum exhilaratur, eſt Pſittac⁹ coloris viridis & eius capacitatis, ut verba quædam humana, inprimis verò ſalutationis formulam diſcere ſufficiat, unde Martialis Epigram. 13.

Pſittacus à vobis aliorum nomina diſcam:
Hoc didici per me, dicere, Cæſar aue.

Quemadmodum de Carolo M. narratur, ꝙ cùm Carolus erraret per invia quędam deſerta, obuias habuit aues, quæ Pſittaci nominantur, quæ ſtatim lingua Græca ſalutauerunt eũ, dicẽtes: χαῖρε Καῖσαρ ἄριστε. i. e. ſalue Cęſar optime.

Per Pſittacos autem intelligitur popul⁹ Chriſtianus, qui hoc tempore reſurrectionis Dominicę, debet plus aliis tẽporibus ſpiritualiter lætari: *quia hæc eſt dies, quam fecit Dominus, & lætemur in ea.* Debet igitur laudãdo formare voces humanas; & voces humanæ nihil aliud ſunt, niſi voces diuinę laudis, quia homo ad Deum laudandum creatus eſt, ut dicitur Eſa. 43. & Magiſter lib. 2. diſt. 1. c. 7. ſi quæritur ad quid creata ſit rationalis creatura? Reſpondetur ad laudandum Deum eſt factus, igitur ipſum debet laudare, eò quod de laqueo Dæmonis, per eius acerbiſſimã paſſionem eſt liberatus; & dicat cum Pſal. 124. *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentium eorum*, ſcil. Dæmonũ, *Anima noſtra ſicut paſ-*

Pſal. 118. v. 24.

paſſer erepta eſt de laqueo venãtium. Et nihil debét aliud facere, q̃ ſalutare Chriſtum, cœli Imperatoré in deſerto huius mundi, & dicere: Adveniſti deſiderabilis, qué exſpectabamꝰ in tenebris, ut educeres nos hac nocte, &c. Et meritò lętetur homo de terra creatus, ꝙ fuit verbum allegatũ.

Septimæ aves, quæ tempore Reſurrect. Chriſti, plus ſolito gaudent, ſunt GRUES: de quibus Baſil. & Ambr. teſtatur, ꝙ ſimul volant, ſimul comedunt, ſuam ſpeciem diligunt, & Regem ſibi ſubſtituũt. Hæ n. ordinatè volant: etſi aliquando inter ſe pugnant, mox reconciliatę à ſocietate non declinant. Hę futuram tempeſtatem cognoſcunt, qua imminente clamant. *Per Grues has, pij quilibet intelliguntur, qui prænominata ſincera fide & Chriſtiana vita imitantur.* Act. 4. Multitudinis credẽtium erat cor unum & anima una, nec quiſquam eorum quod poſſidebat, ſuum eſſe dicebat, & 1. Reg. 14. obedientia plus valet quam victima. Iminentibus tempeſtatibus quas ob peccata ex divino judicio imminere ſentiunt, ad Deum auxiliatorem & Tutelarẽ ſupplices clamãt. Vigilant in precibꝰ & pia cõverſatione, ne à Diabolo q inſtar Leonis rugiẽtis circumire ſolet, decipiantur & diſcerpãtur.

Octava eſt GALLUS, q Paſchatis tẽpore frequẽtius cantat, & horas diei atq; noctis alacriꝰ annũciat, nec nõ hoẽs à ſomno excitat: *per hunc ſignificantur fideles prædicatores, qui hoc tẽpore inprimis clamãt & cũ gaudio Chriſti reſurrectionẽ fidelibꝰ annũciant, eoſq; à ſomno incredulitatis omniſq; impietatis excitant.*

DISSERTATIO IV.

De Simia & eius fœtu.

ISIDORVS libr. 12. & Auctor Proprietatum lib.14. Simia duos habet pullos, quem plus amat in brachio ſuo portat, quem verò minus diligit humeris geſtat. Quādo ipſi inſtat neceſſitas fugiendi; & cum arctatur ab inſequenti, de brachiis proiicere cōpellitur, & alio in humeris preſſa ad fugam tardior redditur, & ideò à venatore facilius prævenitur.

Diuitū cōditio miſera & periculoſa. *Sic Diues duplicem habet fœtum, Diuitias ſcilic. & peccata, quæ illum ſemper conſequuntur*: juxta illud Eccleſ.16. *ſi diues fueris*, id eſt, diuitiarum immoderatè cupidus, *non eris immunis à peccato. Primum ergo fœtum, id eſt, Diuitias diligit*, & brachiis manibusq; ſuis portat, eas ſemp vniendo. *Sed ſecundū fœtum, ſcil. peccata, portat in humeris*, ea rarò inſpiciendo, vt ea ꝓijceret, Deo confitēdo, & pœnitentiam ſeriò agendo. Inſtante ergò neceſſitate mortis, cogitur proijcere divitias easque in his terris dimittere, ſed ſola peccata miſerum conſequūtur, quia opera illorum ſequuntur illos, Apoc. 14. Tunc ut ait Bernhardus, lib. medit. c 2. *loquentia peccata, ſimul & opera reſpondebunt, & dicent: Tu nos feciſti, opera tua ſumus, non te deſeremus, ſed ſemper tecum erimus, tecum pergamus ad judicium.* Vitia quoq; animā multis & multiplicibus criminib. accuſabunt, multaq; falſa teſtimonia aduerſus eā inuenient, quāquā vnum addamnationē poſſet ſufficere.

Idcirco

Idcirco ſtudeamus vera fide in Chriſtum, & ſancta vita, peccata noſtra deponere, præſertim cum ad eorum expiationem Chriſtus mortuus ſit in cruce: & Dño noſtro occurramus cũ honeſtate virtutum, quæ fidei noſtræ fructus eſſe debent. Si enim cum vera fide venerimus, Patriarchas: cum vera ſapientia, Prophetas: cum paupertate, Lazarũ & Apoſtolos: cum patientia, Martyres: cum humilitate Cõfeſſores: cum caſtitate Mariam virginem Dei param: & cum charitate, Chriſtum obuiam habebimus, q dicet nobis: Intra in gaudium Dñi tui, Matth. 25.

DISSERTATIO V.

De Lilio & eius foliis.

LILIVM, ad cuius contemplationem nos Chriſtus Domin⁹ hortatur, Matt. 6. Mundos & caſtos denotat, in cuius plantatione perpendatur, ꝙ Sap. 3. v. 11. legitur. *Et cognoui, quia non poſſum eſſe continens, niſi Deus det.* Lilium n. non hominis labore, ſed Dei dono creſcit. Vnde Ambroſ. lib. 1. de Virg. *Vbi neceßitas imponitur caſtitatis autoritas libidini datur.* Et ib. *Non enim imperari poteſt, ſed optari: nam quæ ſupra nos ſunt, in voto magis, quam in magiſterio ſunt.*

Lilia hæc ſpiritualia veſtit Deus ſex foliis candidis: Primum folium eſt Sobrietas, ſed hoc folium laceratur à quibusdam exceſſu ciborum & potuum. Quia & Loth inebriatus, inceſtum cum filiabus perpetravit. Gen. 19. & Auguſt. cõtra

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Fauſt. *Secũdum folium eſt Laborioſitas*, quia decet caſtos homines labor licitus, ut Hieron. ad Ruſticum Monachum; *Facito aliquid operis, ut ſemper Diabolus inveniat te occupatum: non n. facilè capitur à Diabolo, qui bono vacat exercitio.* Et alius. Homines nihil faciendo, malè facere didicerũt, præſertim cum otium ſit pulvinar Diaboli. *Mẽs n. otioſa,* ut Leo Papa in ſuo ſermone ait, *nihil aliud cogitare novit, quàm de eſcis, aut quàm de ventre*, ſed hoc folium lacerant omnes otioſi, quia hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſaturitas panis & otium, Ezech. 16.

Tertium folium eſt veſtitus modeſtia, quæ ornat caſtitatẽ, q̃ è cõtra lacerat veſtis mollis & ſumptuoſa. Hinc legim⁹ Nu. 25. Filios Iſraël fornicatos eſſe, cũ mulierib. Moabitarũ bene veſtitis

Quartum folium eſt cuſtodia ſenſuum, præcipuè illorũ, qui nobis obiecta remotè oſtendunt, ut viſus & auditus. Quia curioſitas vidẽdi lacerat caſtitatẽ, ut patet in Dina filia Iacobi, q̃ egreſſa ut videret mulieres illius regionis corrupta eſt à Sichem filio Hemor. Gen. 34. Similiter David per centum paſſus videns Berſabeam adulteriũ comiſit cum ea, 2. Reg. 11. Hinc Aug. de Honeſt. Mul. c. 2. *David ſanctiſſimus mille paßionibus preſſus, vidit mulierem nudam, & adamauit eam, & ſtatim homicidium ſimul fecit, & adulterium.*

Quintum eſt modeſtia ſermonis, quæ plurimum ornat hoẽm caſtũ. Sed turpitudo ſermonis, & garrulitas caſtitatem deformant & lacerant. Sicut de illa garrula muliere, Prov. 7. quæ occurrit Iu-

ri: Iuveni in habitu meretricio, quam ſequebatur ille quaſi bos ad victimam ductus.

Ideo dicit Seneca: *A turpibus verbis abſtineto, quia licentia earum impudentiam nutrit.* Et Hier. *Sermo virginis ſit prudens, modeſtus, rarus, nec tam eloquentia pretioſus, quàm pudore.*

Sextum folium huius Lilij eſt, fuga occaſionum peccandi, nam nimia familiaritas corrumpit caſtitatem, & opportunitas peccãdi eſt via ad Luxuriam: ut patet in Thamar, corrupta ab Ammon fratre ſuo, quia ſola cum ſolo fuit in cubiculo, 2. Reg. 13.

Præter amœniſſima hæc ſex folia, Lilium ẽt habet grana quædam aurea. Sic in vera caſtitate, ſingulares q̃dam conſpiciuntur margaritæ, Suavitas videl. Fortitudo & Prudentia, unde Bern. *Diſce amare ſuaviter, amare fortiter, amare prudẽter: Amare ſuaviter ne illecti, prudenter ne decepti, fortiter ne oppreſſi, ab amore Dei avertamur*: qui enim terrena magis amat quam Deum, DEI miſericordia & bonitate nõ eſt dign⁹. Ecce ergo qualiter ſpiritualia Lilia à DEO tam eleganter & ſpecioſè ſunt ornata, ut Salomonis regium ornatum, quia fuit amator mulierum, 3. Reg. 11. longè ſuperent

DISSERTATIO VI.

De Nadab & Abiu filijs Aaronis, q̃ ignem alienum Deo offerentes, perierunt.

CVM Deus olim ignem cœlitus demiſiſſet, quo ſoli ſacerdotes Thuribulum accende-

rent & ſacra facerent, vt legimus Levit. cap. 10. *Nadab & Abiu Aaronis filij acceptis Thuribulis impoſuerunt, & incenſum deſuper, offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat; egreſſusq́; ignis à Deo deuorauit eos, ut mortui ſunt coram Domino.*

Ignis hic cœlitus demiſſus, ſignificat Dei amorem, quo Dei miniſtri & quilibet in gravib⁹ conſtituti officiis imprimis prędıti eſſe debent, & quo purè & ſincerè offerre tenentur Deum & populum comiſſum, ex vera dilectione diligentes. Sed ignis alienus, eſt ignis Ambitionis, cupiditatis, vindictæ, & ſimilium pravorum affectuum, quorum ſordibus deuoti animi non debent contaminari vel infici.

Ignem autem hunc quo ardent mercenarij, & alij mali tam Eccleſiarum quam Rerumpublicarum rectores, accendit Diabolus in cordib⁹ ipſorum, ſcintillis ſuis infernalibus. Vnde Divus Bernhardus; *Habet aduerſarius noſter, utpote perverſus diuerſorum operum æmulator, ignem Ambitionis, quem Seruator non in nobis accendere, ſed extinguere venit, videlic. ſudore & ſanguine ſuo. Si quis enim alienum ignem in diuino præſumſerit offerre ſacrificio, vel quilibet officio, morietur in iniquitate ſua, etiamſi patrem habet Aaron. Magna eſt ergo ſecuritas cordis*, inquit Gregor. lib. 22. moral. *nihil habere concupiſcentiæ ſecularis, nam ſi ad terrena adipiſcenda cor inhiat, ſecurum tranquillumq́; eſſe nullaten⁹ poteſt, quia aut non habita concupiſcit, ut habeat, aut adepta metuit ne amittat; &* dum

Digitized by Google

dum in adverſis ſperat proſpera, in proſperis formidat adverſa, huc illúcq́; quaſi quibusdam fluctibus volvitur: ac per modos varios rerum alternantium mutabilitate, verſatur. Si verò ſemel in appetitione ſupernæ patriæ forti ſtabilitate animus figitur, minus temporalium rerum perturbatione vexatur.

Quocirca vitium hoc maturè ex mentibus noſtris eradicandum, *cum enim cætera ſeneſcente homine ſeneſcant quoque, ſola Avaritia juveneſcit*, vt Hieronymus non minus eleganter quam verè teſtatur. *Deſideratis namque non exſtinguitur* vt Gregorius lib. 15. ait, *ſed augetur, more ignis excreſcit, cum ligna quæ conſumit acceperit, & vnde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulò poſt cernitur dilatari.*

De Ambitioſis autem cum Innocentio de vilitate cond. human. ita judicamus,

Ambitioſus ſemper eſt pavidus, ſemper attentus; ne dicat quod diſpliceat, humilitatem ſimulat, honeſtatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem oſtendit, ſubſequitur & obſequitur, cunctos honorat, viſitat optimates, aſſurgit & amplexatur, applaudit & adulatur.

Item Ambitioſus promptus & fervidus, vt placere cognoverit, remiſſus & tepidus vbi putaverit diſplicere. Improbat mala, deteſtatur iniqua, ſed alia cum aliis probat & improbat, vt judicetur idoneus, vt reputetur acceptus, vt laudetur ab omnibus, vt à ſingulis approbetur. Sed ecce gravem intra ſe ſuſtinet pugnam, difficilémque conflictum, dum iniquitas pulſat animam, ambitio continet manum, & quod

illa ſuggerit, hæc fieri non permittit. Colludunt ad invicem mater & filia, iniquitas & ambitio, hæc vendicat ſibi publicum illa ſecretum. Et poſtea. *Ambitioſus ſtatim vt ad honorem promotus, in ſuperbiam extollitur, in jactantiam effrænatur, non curat prodeſſe, ſed gloriatur præſſe, præſumit ſe meliorem, quia cernit ſe ſuperiorem: priores dedignatur amicos, notas ignorat, externos comitatur, contemnit antiquos, vultum avertit, cervicem erigit, faſtum oſtendit; grandia loquitur, ſublimia meditatur, ſubeſſe non patitur, praeſſe molitur, ſubditis oneroſus, omnibus infeſtus, præceps, moleſtus, arrogans, gravis & importunus.*

Dominus Ieſus ad Sacroſancti ſui nominis gloriam & miſerarum Eccleſiarum & Rerumpublicarum conſolationem, & inſtaurationem, Infernales hos ignes in omnium ordinum animis clementer & potenter magis magisque extinguat, & Spiritus ſui Sancti Ignem accendat, vt corda noſtra omnia & ſingula accendantur & inflammentur divino ſuo amore, Amen.

DISSERTATIO VII.

De magno Babyloniæ Rege, & ſpoliatione Templi.

QVomodo Diabolus hominem ſibi ſubijciat, & ad animam ejus ingrediatur, omnésq; virtutes exterminet, 4. Regum, c. 25. in hiſtoria Nabuchodonoſoris Regis Babyloniæ & deſtru-

deſtructionis templi Hieroſolymitani ſingulari Myſterio declaratur. Hæc autem Tyrannus capta vrbe, ex templo abduxit Babylonem, & *in ſuperbia atq; libidinis abuſum convertit.*

Quomodo Diabolus hominẽ invadit & ſpoliat.

Candelabrum luminis, Altare aureum, Menſa propoſitionis, Corona faciei Templi, Vaſa incẽſi vaſa aquæ ſacrificij, Veſtes Sacerdotales, quibus omnibus & ſingulis ſacrilegè ereptis, templum omni ſpuritiæ & abominatione replevit.

Diabolus igitur impœnitentis peccatoris impiam animam invadit, eámque captivam detinet laqueis ſuis conſtrictam, poſtea autem illam ſpoliat, & omnia illa aufert, quibus Deo ſuo ſervire debebat.

Primò extinguit CANDELABRUM, id eſt excæcat judicium rationis. Lux ipſi ſunt tenebræ, & hæ lux, amarum dulce, & hoc amarum Eſaie. 5. temporalia præponuntur æternis & cœleſtibus, corpus præfertur animæ, turpitudo honeſtati, &c.

Secundò deſtruit ALTARE aureum, id eſt, veram Charitatem, totus occupatur avaritia, injuſtitia & omnibus fraudibus ac impoſturis.

Tertiò evertit MENSAM propoſitionis, id eſt, aufert verbum Dei, quod eſt verus cibus animæ, Matth. 4. Atheiſmus & omnis generis Epicureæ & ſimiles exoriuntur impietates.

Quartò

Quartò removet CORONAM templi, id eſt delet verecundiã & timorem peccandi, vt anima effrons & impudica meretrix fiat. Hinc procedit pertinax licentia peccandi, & atrociſſima quævis impunè perpetrandi.

Quintò frangit & conculcat VASA incenſi, id eſt, preces devotas. Extrêma hinc oritur levitas, horrendus Dei contemptus, & beſtialis vita.

Sextò, deſtruit VASA Aquæ ſacrificij, id eſt, pervertit oculos, ne inveniatur in illis lachrymarum contritio, per quam in ſeria pœnitentia, & filiali confidentia, fit noſtrum ſacrificium acceptum Deo.

Vltimò lacerat VESTEM Sacerdotalem, ſcilicet, Pallium innocentiæ, quod Chriſtus nobis acquiſivit, & quod accepimus in Baptiſmo, cujus meminit Deus apud Ezech. cap. 16. *Lavi te aqua, lavi, inquam, ſanguinem tuum à te, & vnxi te oleo. Veſtivi te præterea diſcoloribus, & calceavi te taxo, cinxi te byſſo, & operui te ſerico, ornavi te inſuper ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, torquem in gutture tuo, &c.* Rex & populus deducitur captivus in Babylonem, id eſt, omnes hujuſmodi impij, detruduntur in infernum.

DISSER-

DISSERTATIO VIII.

Quomodo populum Iſraëliticum in terram promiſſionis proficiſcentem ſequi debeamus.

IN hac populi Iſraëlitici profectione, quatuor obſervanda occurrunt. *Primò, quomodò ambularit vt Viator: ſecundò, pugnarit vt miles: tertio Deum honorarit, vt cultor: & vltimò quomodò Deum amarit, vt Amator.*

Primò igitur Fideles ambulant vt viatores, quemadmodum Sap. 12. legimus: *Iter fecerunt per deſerta quæ non inhabitabantur, & in locis deſertis fixerunt ſibi caſas.* Inter Aegyptum enim & mare rubrum habuerunt quatuor manſiones in deſerto, & tranſgreſſi mare habuerunt deſerta Sin, Sur, & Cades, vt patet Num. 33. *Cum ergo veniſſent in cades, verſus terminos Amorrheorum, miſit Moſes duodecim exploratores, vt perluſtrarent terram promiſſionis & redeuntes animarent populum ex fertilitate terræ,* vt legimus Nu. 13. Iſti Nuntij reverſi poſt quadraginta dies, quibus terram promiſſionis exploraverant, diſſenſerunt inter ſe. *Nam decem ex eis dixerunt: terram eſſe peſſimam & periculoſam ad acquirendum & quod ibi habitarent Gigantes, quibus filii Iſraël comparati, quaſi locuſtæ videbantur.* Aſſeruerunt etiam, quod terra illa devoraret habitatores ſuos, id eſt, tantum exigeret laborem vt colatur, vt homines per nimium laborem & penuriam

riam fructuum conſumantur. Soli verò duo de duodecim, Ioſua videlicet, & Caleb, commendaverunt terram, ſecundum veritatem, quam re ipſa viderant. Populus ergo majorem ſequutus partem, cœpit murmurare contra Dominum & cogitaverunt ſibi ordinare duces, vt reverterentur in Aegyptum. Quamobrem Dominus à populo offenſus, juſſit eos redire ad ſolitudinem, ex qua venerant, vt illi decem, juxta numerum quadraginta dierum, quibus terram promiſſionis perluſtraverant, quadraginta annis viverent, & tandē ibidem morerentur cum populo, qui eorum mendaciis aſſenſerat, qui numerati erant à viginti annis & ſupra. Et ſic factum eſt, vt omnes illi qui ex Aegypto profecti fuerant, viri fortes & robuſti, mortui fuerint in deſerto, & filij eorum, quadraginta annis elapſis in terram promiſſionis intraverunt, omnibus reliquis qui ex Aegypto exierant, mortuis, exceptis Ioſua filio Nun, & Calab filio Iephone.

Relatio hæc, præter veriſſimam hiſtoriam, myſterium continet obſervatione digniſſimū. Nos homines in hoc mundo velut in deſerto anxij ſumus viatores, & miſeri peregrini: nec eſt, qui non mundum meritò cum Davide ex 39. Pſalm. alloquatur: *Advena ſum ego apud te, & peregrinus ſicut omnes patres mei.* Ideò non debemus deſides ſubſiſtere, ſed continuè de Virtute in Virtutem pergere, juxta illud Ioan. 12, *Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos*

compre-

comprehendant. Et ſicut Iſraëlitæ ſibi non alta caſtra aut ſumptuoſa palatia, ſed ex fragili materia caſas & tuguria exſtruxerunt: ſic hic non debemus nobis amplas domos aut arces ędificare, ad diu manendum; *non enim hic manentem habemus civitatem, ſed futuram inquirimus.* Hæbreor. 13.

Non terrena, ſed cœleſtia curanda.

Ah quam malè cum illis agitur, qui cœleſtibus neglectis manſionibus, in immundo hoc mundo exceſſivis delectantur ædificijs, *qui plus circa lapides, non viventes, ſollicitantur, quam circa lapides vivos, Chriſtum videlicet, Lapidem angularem,* & pauperes ejus membra. Plærunque autem omnes illi, qui ædificijs modum excedunt pietatis, illas non diu inhabitant, vt in proverbium apud nos abierit: **wañ er außbawt/ ſo ſtirbt er/** & nonnulli inveniuntur, qui ſubinde novas ſtructuras excogitant, & nonnulla conſultò deſtruant, vt complementum protrahatur. Sed mors hæc non moratur, verùm illos evocat, nec permittit illis, vt perpendant Chriſti reſponſionem diſcipulis datam, dicentibus Marc. 13. *Magiſter quales lapides & quales ſtructuræ! Videtis iſta magna ædificia? non relinquetur lapis ſupra lapidem qui non diſſolvatur.* Vnde Hieronymus ad Demetriadem Virginem ſcribit: *Alij ædificant Eccleſias, & veſtiunt parietes marmoribus cruſtatis, columnarum moles advehunt, eorúmque deaurant capita: Sed tibi ad propoſitum eſt Chriſtum veſtire, pauperes ſcilicet, viſitare languentes, paſcere eſurientes, ſuſcipe-*

ſuſcipere hos, qui tecto indigent, & maximè in domeſticis Fidei, Virginum alere monaſteria, ſervorum Dei & pauperum curam agere, qui diebus & noctibus ſerviant Domino, qui in terra poſiti, mitantur Angelorum converſationem; nec aliud loquuntur, niſi quod ad laudem Dei pertinet.

Quemadmodum autē omnes illi, qui terræ promiſſionis detraxerunt & contra Dominum murmurarunt, terram lacte & melle irriguam non intrarunt, ſed in deſerto miſere perierunt: *Sic & omnes*, qualeſcunq; demum illi ſint, quia apud Deum nullus perſonarum reſpectus, Act. 10. *qui cœleſti patriæ detrahere: & contra Dominum murmurare impiè & pertinaciter audent, ipſam non intrabunt, nec poßidebunt,* ſed ejicientur foras, vbi ſunt canes, & venefici, & ſcortatores & homicidæ, & quiſquis amat & committit mendacium. Apocalyps. cap. 22. v. 15. vbi eſt fletus & ſtridor dentium Matth. 24. v. 51. & 25. v. 30.

Quapropter audiatur D. Hieronym. ad Nepolian. *Expers eris conſolationis divinæ, ſi conſolationem recipis à murmure.* Ideò Richardus de ſancto Victore nos ita hortatur: *dum quis in via Dei graditur, ante omnia neceſſe eſt, vt murmur & impatientia animi excludatur.*

Audiatur Ieremias Thren. ca. 3. v. 39. & ſeqq. *cur murmurat homo vivens, vir ſuper peccato ſuo? Scrutemur potius vias noſtras ac inquiramus & revertamur ad Iehovam. Levemus corda noſtra cum manibus ad Deum in cœlos. Nos prævaricati ſumus, & rebelles fuimus; idcirco tu non pepercisti. &c.*

Audiatur

Audiatur Daniel cap. 9. v. 5. & ſeqq. *Peccavimus & iniquitatem fecimus, impiè egimus, & rebellavimus & receßimus, à mandatis tuis. Neque obedivimus ſervis tuis Prophetis, qui loquuti ſunt nomine tuo Regibus noſtris; Principibus noſtris, & Patribus noſtris, & toti populo terræ. Tibi Domine Iuſtitia; nobis autem pudor faciei ſicut apparet hodiè. &c.*

Dicamus ergo cum Davide ex Pſalm. 119. ỳ. 137. *Iuſtus es Iehova; & rectum judicium tuum*, & hæc de primo. Secundo; Iſraëlitæ tranſeuntes in terram promiſſionis, pugnabant vt bellatores. Sic enim Exod. 17. legimus. *Venit Amalec & pugnavit cum Iſraël in Rephidim, dixitque Moſe ad Ioſuam, ſelige nobis viros, & egredere, pugna cum Amalec; cras ſtabo ſuper verticem collis, & virga Dei erit in manu mea. Fecitq; Ioſua, quemadmodum dixerat ei Moſe, pugnando cum Amalec, Moſe autem & Aaron, & Hur aſcenderunt in verticem collis; Et fuit cum elevaret Moſe manum ſuam; prævalebat Iſraël, quando verò demittebat manum ſuam, prævalebat Amalec. &c.*

AMALEC latinè ſonat GENS BRUTA; & ſignificantur per hanc brutalem gentem Tria; quæ nos quotidie impugnant; videlicet: DIABOLUS, MUNDUS & CARO.

Et quia hoſtes iſti vtraque manu nos impugnant; vtramque ipſis amputare quamprimum neceſſe eſt.

CARNIS dextra manus eſt GULA; hanc amputare debemus per Abſtinentiam: Hieronymus in Epiſt. ad Paulin. *Sit vilis & veſperti-*

tinus cibus, olera & legumina, interdumq́ pisciculos pro ſummis ducas delicijs. Qui Chriſtum deſiderat, & ille pane veſcitur, non quærit magnopere, quam de pretioſis cibis ſtercus conficiat. Idem in quodam Sermone: *ſemper iuncta eſt ſaturitati laſcivia* Et in Matth. *Cor habet in ventre guloſus, laſcivus in libidine, cupidus in lucro.* Greg. ſuper illud, *verſa eſt in luctus Cithara mea. Chorda in cythara ſi minus tenditur, non ſonat, quia nimirum tanto quisq́ ſibimet debet moderamine præeſſe, vt ad culpam caro non ſuperbiat: & inde ad effectum rectitudinis in operatione ſubſiſtat.* Idem 5. moral. *Abſtinentia eſt, quando quis pro amore Dei, & ſalute propria, non tantum ab illicitis, imò interdum & à licitis atq́ conceßis ſe cohibet.* Idem in ho. *Abſtinentia eſt, quæ edendi horam non prævenit, vt fecit Ionathas in ſavo mellis, non lautiora quærit edere, vt Iſraelitæ in deſerto, non accuratius parare, vt filij Eli in Silo, non vile quodlibet, vt Eſau edulium in fame quæſivit.* Idem *Incaſſum per abſtinentiam corpus atteritur, ſi inordinatis moribus dimiſſa mens vitijs dißipatur.* Idem *per abſtinentiam non caro, ſed carnis vitia extinguenda ſunt: ſic neceſſe eſt, vt artem continentiæ quiſque teneat, quatenus non carnem, ſed vitia occidat. Sæpè enim dum in illa hoſtem inſequimur, etiam civem quem diligimus, trucidamus, & ſæpè dum quaſi concivi parcimus, ad prælium hoſtem inſtruimus.* Ibidem. *Eiſdem alimentis vitia ſuperbiunt, quibus nutritæ Virtutes vivunt, & cum Virtus alitur, plerunque vires vitijs augmentantur: cum verò immenſa abſtinentia vitiorum vires extenuat, etiam Virtus*

Gula fidelibus fugienda.

Gula periculoſa.

deficiens

Digitized by Google

deſiciens anhelat. Idem in hom. & 30. mor. *Plerunque dum, plus juſto caro reſtringitur, etiam ab exercicatione boni operis enervatur, vt ad orationem vel prædicationem non ſufficiat, dum incentiva vitiorum inſunditus ſuffocare feſtinat.*

Quid prodeſt autem tenuari corpus abſtinentia, ſi animus intumeſcit ſuperbia? Quid virtutis habet, vinum non bibere, & ira & odio inebriari. Hieronym. ad Celantiam. *Ieiunia religioſa.*

GULAE ſiniſtra manus eſt LUXURIA, quæ amputatur per Continentiam. Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana. *Luxuria eſt inimica Deo, inimica Virtutibus, perdit omnem ſubſtantiam, & ad præſens voluptatem deliniens, futuram non ſinit cogitare paupertatem.* Et Ambroſius de Abel & Cain. *Sævus criminum ſtimulus Libido eſt, quæ nunquam manere quietum patitur affectum, nocte fervet, die anhelat.* Hieronym. Matr. & Fil. *Qui luxuriatur vivens mortuus eſt, & ferreas mentes libido domat.* Item. O *ignis infernalis Luxuria, cujus materia gula, cujus flamma ſuperbia, cujus ſcintillæ prava colloquia, cujus fumus infamia, cujus cinis immunditia, cujus finis gehenna.* Gregor. in mor. *Ex quo Luxuria ſemel mentem alicujus occupaverit, vix eum bona cogitare permittit: ſunt enim deſideria viſcoſa, quia ex ſuggeſtione oritur cogitatio, ex cogitatione affectio ex affectione delectatio, ex delectatione conſen-*

Digitized by Google

conſenſus, ex conſenſu operatio, ex operatione conſuetudo, ex conſuetudine deſperatio, ex deſperatione peccati defenſio, ex defenſione gloriatio, ex gloriatione damnatio.

Rectiſſimè igitur Hieronym. in Epiſt. *Quacunque virtute polleas, quibuſcunque virtutibus niteas, ſi cingulo caſtitatis careas, omnia per terram trahes.*

Caſtitatis conſervatrices. Sex autem ſunt, quæ incorruptam conſervant caſtitatem, videlicet: *Sobrietas, Aſperitas cultus, Operatio, Inhibitio ſenſuum, Raritas ſermonis cum honeſtate, Evitatio opportunitatis & perſonæ, & loci, & temporis.* Caſſio. ſup. Matth.

Quomodo mundi arma confringantur. Mundus nos aggreditur armis Superbiæ & Honorum, quæ confringimus Timore Iudicij, quoniam Iudicium in Magnates ſuperbos ſeveriſſimè exercebitur. Sap. 6. verſ. 6. & Seria meditatione Paupertatis Chriſti, quæ extitit in ejus nativitate, vita & morte. Non ſolummodo autem meditanda eſt Paupertas Chriſtiana, ſed exercenda quoque: *& ſciendum quod illa ſemper dives eſt, nec pavet in iſto mundo indigentia laborare, cui donatum eſt in omnium rerum Domino omnia poſſidere. Operantibus ergo, quæ bona ſunt, non omnino metuendum, ne eis deſit facultas operandi: cum & in duobus minutis Evangelicæ illius viduæ ſit laudata devotio, & pro calice aquæ frigidæ præmium habeat gratuita largitio. Ex affictionibus enim piorum, benignitatis menſura taxatur, & nunquam eum miſerandi efficacia deſerit, in quo miſericordia ipſa non deficit, vt elegantiſſimè*

Pijs nihil deeſt

tiſſimè loquitur, *Leo Papa ſerm.* 4. Pauperes autem ſunt, qui mundana ſuperbia derelicta, humilitati ſe per omnia tradiderunt; *nam ſi pauper ſuperbiat, non eſt Dei pauper, & ſi locuples humilitatem diligat, non eſt ſeculi dives: voluntates enim talium ſunt inſpiciendæ, non nomina.* Caſs. ſup. Pſal. 71. Idem *Videamus quam ſit glorioſa iſta paupertas, quam felix probetur inopia quæ Dominum & tacitè laudat, & de patientiæ ſuæ virtute concelebrat, mutus eſt ſi Pſallat ſuperbus. Pauper & inops laudat Deum, etiam cum videtur habere ſilentium.* Hoſtis autem hic MUNDUS *periculoſior eſt, dum blandus, quam dum moleſtus eſt*, vt ſcribit Auguſtin. ad Dioſcor. cum ſe illicit diligi, quam cum admonet, cogitque contemni. Sed ecce, ait idem in Pſalm. Mundus turbat, & amatur, *quid ſi tranquillus eſſet? formoſo quomodo adhæreres, qui ſic amplecteteris fœdum? flores ejus quomodo colligeres, qui à ſpinis non revocas manum?*

Quis pauper & quis dives.

Amor mundi.

DIABOLUS nos invadit Odio & Invidia quæ ejus manus amputandæ quoque ſunt. Invidet Diabolus humano generi, volens illud habere ſubjectum, *quia prævidet hominem, Deum futurum*, vt ait Bernhard. in Cant. Serm. 18. Quantò propinquius autem Diabolus finem mundi videt, *tantò crudeliùs perſecutiones exercet, vt qui ſe continuò damnandum conſpicit, ſibi ſocios multiplicet, cum quibus gehennæ ignibus addicatur. Hoſtis hic atrociſſimus, omnis mali eſt author, nequitiæ origo, rerum hoſtis, ſeculi corruptor,* *homi-*

Diaboli labores.

Digitized by Google

hominis perpetuus inimicus: Ille laqueos tendit, lapſus parat, foveas fodit, aptat ruinas, ſtimulat corpora, pungit animas, cogitationes ſuggerit, immittit iras, dat Virtutes odio, vitia addit amori, errores ſerit, diſcordias nutrit: pacem turbat, affectus diſſipat, humana violat, divina tentat: Pet. Ran in Matth. perſpicit hic noſter hoſtis vnicujuſque complexionem, & tunc tentationis laqueos opponit: alius namque lætis, alius triſtibus, alius timidis, alius claris moribus exiſtit: quo ergo adverſarius occultus facilius capiat, vicinas complexionibus deceptiones parat: quia lætitiæ voluptas, proxima lætis moribus, Luxuriam proponit. Et quia triſtitia in iram facilè labitur, *Triſtibus peccatum Diſcordiæ porrigit. Quia timidi ſupplicia formidant, Paventibus terrores intentat.* Et quia *elatos extolli laudibus conſpicit, eos ad quæcunque voluerit, blandis trahit favoribus: ſingulis omnibus vitijs convenientibus inſidiatur.* Gregor. 29. lib. moral.

Idem lib. 30. *Hoſtis noſter tanta arte ſe palliat, vt culpas noſtras virtutes ſingat, vt inde quiſque expectet præmia, vnde dignus eſt æterna ſubire tormenta.*

Cum autem Diaboli ſit mala ſuggerere, noſtrum eſt non conſentire. *Quoties illi reſiſtimus, toties illum ſuperamus & Deum honoramus, qui viſitat vt pugnemus, adjuvat vt vincamus*

mus, conſolidat vt deficiamus. Bernhardus in Serm.

Sed nobis in hujuſmodi conflictu plurimum gratulandum, & Deo immortales agendæ ſunt gratiæ, *quod Diabolus, dum Servos Dei tentat, etiam vtilitati ſervit, cum eos per tentationes ſuas non decipit.* Chriſto Ieſu ſit in omnia ſecula gloria, honor & gratiarum actio, quod hoſtem hunc devicit & conculcavit. Sed redeamus ad noſtros Iſraëlitas per deſerta in terram promiſſionis proficiſcentes. *Etiam Diabolus prodeſt pijs*

Tertiò igitur filij Iſraël tranſeuntes in terram promiſſionis, *honorabant Deum vt cultores devoti & religioſi.* Sapient. 11. verſ. 4. ſitierunt atque invocaverunt te, & ſumma ex rupe illis aqua data eſt, ac è duro lapide ſitis ſedatio. Nam per quæ pœnas dederunt eorum inimici per eadem hi, cum inopia laborarent, beneficium acceperunt. Sic fideles in ſalu tis deſiderio precibus, ſacris lectionibus, meditationibus, & omnivario divino cultui dediti eſſe debent. Pſalm. 42. *Sitivit anima mea ad Dominum fontem vivum, quando veniam & apparebo ante faciem Domini?* Et Pſalm. 36. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Hos cultores ſponſus noſter Chriſtus Cant. 5. ita alloquitur. *Comedite amici mei, & inebriamini chariſſimi.* Dicamus ergo cum Davide. *Vnum petij à Iehova hoc*

Digitized by Google

requiram, vt habitem in domo Iehovæ omnibus diebus vitæ meæ, vt videam pulchritudinem Iehovæ, & quæram in templo ejus. Pſalm. 27. verſ. 4. & ex Pſalm. 84. *Quam amabilia tabernacula tua Iehova exercituum. Concupiſcit, & etiam deficit anima mea ad atria Iehovæ, cor meum & caro mea exultant ad Deum vivum &c.* & poſtea. *Melior eſt dies in atrijs tuis, quam alibi mille. Eligi eſſe in limine in domo Dei mei potius, quam habitare in tabernaculis impietatis.*

Quomodo pij amorẽ erga Deum teſtentur.

QUARTO. Iſraëlitæ in hac profectione diligebant Deum vt amatores. Amorem autem hunc exercent & teſtantur invicem plerunque octo modis,

1. *De ijs quos amant, libenter loquuntur.* Col. ca. 3. verſ. 16. Sermo Chriſti inhabitet in vobis copiosè cum omni ſapientia, docendo & commonefaciendo vos mutuò Pſalmis & hymnis & cantionibus ſpiritualibus cum gratia canendo in veſtro corde Domino. Luc. 24. verſ. 13.14. Ecce duo ex diſcipulis ibant eo ipſo die in vicum diſtantem ſtadijs ſexaginta ab Hieruſalem, cui vico nomen eſt Emaus; Et colloquebantur inter ſeſe de iſtis omnibus, quæ evenerant.

2 *Libenter amicorum audiunt mentionem*, vt illi qui Chriſtum ſequebantur in deſerta uſque, & cum illo permanſerunt aliquot dies. vide Marc. 8. v. 2. Luc. 5. 1. & 15. 1.

3 *Libenter vnà ſunt*; Matth. 18. v. 20. promittit Chriſtus ſe in medio eorum fore, qui in nomine ejus

Digitized by Google

ne eius congregantur, & Paul. ad Rom. 8. v. 38. Mihi perſuaſum eſt, neque mortem, neque vitam, neque Angelos, neque principatus, neque poteſtates, neque præſentia atque futura: neq; ſublimitatem, neque profunditatem, neque ullam rem aliam creatā poſſe nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

4. *Induunt mores ijs convenientes quos amant.* Lev. 11. v. 44. & 19. v. 2. & 20. v. 7. 1. Pet. 1. v. 15. Eſtote ſancti, ſicut & ego ſanctus ſum, & Pſal. 1. v. 1. Non ambulant in vijs impiorum.

5. *Libenter aliquid propter amicos patiuntur:* vt in Dauide & Ionathan videmus, Act. 5. v. 40. & 41. Cum advocaſſent Apoſtolos, cæſis denūtiarunt, ne loquerentur in Ieſu nomine: & dimiſerunt eos: Ipſi ergo gaudentes profecti ſunt à conſpectu Concilii, quod digni habiti ſunt, qui pro nomine IESU contumelia afficerentur.

Laurentius non modo Sixtum Epiſcopum cum ſex Diaconis, ad ſupplicium à Decio Romæ raptum acclamat; quo Pater graderis ſine filio? quo Sacerdos ſine miniſtro? cui Sixtus reſpondit haud te deſero, mi fili, tu ad maiora reſeruaris certamina, ſed poſt triduum me ſequeris, &c. verum etiam à carnifice craticulæ impoſitus, & ſubſtratis aſſatus prunis, alcri animo gloriatus eſt, ſe non cruciari, ſed ſuaviter recreari carbonibus ceu roſis ſuaueolentibus. Imperatori inſuper aſtanti dixit. En aſſatum *Piorum læta martyria.*

jam eſt unum latus, appone & comede, tum aſſaturam verte.

6. *Amici amicorum amant amicos*, Pſalm. 15. ver. 4. Qui in Iehovæ peregrinantur Tabernaculo, timentes Iehovam glorificant. Et Paulus Galatas hortatur, c. 6. Dum tempus habemus, ſimus benefici erga omnes, maxime vero erga domeſticos fidei.

7. *Amici quidvis in eorum honorem faciunt quos amant*, 1. Cor. 10. v. 31. Sive editis, ſive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

8. *Amici nihil habent antiquius, quam inceptam amicitiam conſtanter confirmare & propagare*, 1. Corinth. 15. verſ. 55. Fratres mei dilecti, firmi eſtote, immoti, abundantes in opere Domini ſemper, cum ſciatis laborem veſtrum non eſſe inanem in Domino, Apocalyp. 2. verſ. 10. Eſto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Et capite tertio, verſ. 11. Ecce, venio citò, tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.

DISSERTATIO IX.

De Gentili Idololatria.

Quis hoſtium crucis Deus.

MIRUM non eſt beatum Apoſtolum Paulum dixiſſe in Epiſt. ad Philippenſes cap. 3. verſ. 9. *Hoſtium crucis Chriſti, ventrem Deum eſſe*, Quemadmodum enim Ethnici ſive Gentiles Deos ſuos colunt, ſic iſti ſuos ventres. Vnde

Vnde Hugo in ſuo Clauſt. *An ſolent Dijs templa conſtrui, altaria erigi, miniſtri ad ſerviendum ordinari, immolari pecudes, thura concremari.* DEO *ſiquidem ventri templum eſt Coquina, altera menſa, miniſtri coqui, immolatæ pecudes, coctæ carnes, fumus incenſorum, ordo ſaporum.* Idem: *Superſtitioſum quidem nimis in ſuis præparandis cibis adhibent ſtudium, infinita decoctionum, frixurarum & condimentorum genera excogitantes, modò mollia, modò dura; modò frigida, modò calida, modò cocta, modò aſſa, modò pipere, modò allio; modò cymino, modò ſale condita, ſecundum prægnantium mulierum conſuetudinem deſiderantes, ita quod ibi deſudant coquorum artes, & fiunt variæ quæſtiones, utrum fieri debeant aſſata, vel frixa, vel elixa, & tanta ſollicitudine præparantur, ut devoratis quatuor vel quinque ferculis, prima non impediant noviſſima, & cum jam ſtomachus crebris eructibus repletum ſe indicat, nondum tamen curioſitas ſatiatur, iſti videntur colere ventrem tanquam* DEUM, *vel ipſos Ethnicos etiam ſuperſtitione ſuperant.*

Alanus de Complanctu Naturæ.

Hæc peſtilentia non vulgari humilitate contenta, profundius ſe porrigit in prælatos, qui Salmones, Lucios, cæteroſque piſces æquipollenti generoſitate præſignes, varijs decoctionum cruciatus martyriis baptizati alternantes of-

tes officium, ſacri piperis fonte baptizant, ut ex tali baptiſmate baptizati multiformem ſaporis gratiam conſequantur. In eadem menſa terreſtre animal piperis inundatione ſubmergitur, piſcis natat in pipere, avis eiusdem viſcoſitate ligatur, dumq; tot animalium genera uno ventris ergaſtulantur in carcere, aquatile animal ſecum pedeſtre, aërium genus in eodem ſepulchro intumulari mirantur, quibus ſi detur licentia exeundi, egreſſuris vix portæ ſufficit amplitudo.

DISSERTATIO X.

De Mandragora.

MANDRAGORA, alias etiam Circæium dicta, herba eſt utriusque ſexus: marem candidam femellam nigram eſſe teſtantur, Naturalis hiſtoriæ ſcriptores, ut apud Columellã, Plinium & Ariſtotelem videmus. Ad generationis fœcunditatem plurimum confert, unde etiam humani corporis omnia lineamenta præ ſe fert. Homines ita profunde facit dormire, ut nihil prorſus ſentiant, adeo ut poſſint ſine ullo dolore ſecari. Hinc apud Iul. Sext. Front. lib. 2. c. 5. legimus, ſtratagema Punicum, quo Chartaginenſis quidam Dux hoc modo in hoſtes uſus eſt. Accepit ille multa dolia vini, & Mandragoræ ſuccum vino immiſcuit, quæ conſultò in tentoriis reliquit. Affricani autem ob hoſtis fugam gaudentes, tentoria invaſerunt, & inue-

inuenientes victualia cum vino maxima in copia, vino inebriati, ſomno oppreſſi, à Carthaginenſibus ad internecionem omnes cæſi ſunt.

Sic Diabolus mundi jucunditatem commiſcet cũ ſucco Mandragoræ, id eſt, delectatione luxuriæ, quod homines eum bibentes fiunt quodammodo inſenſibiles. Hinc mũdus in peccatis dormit, nec ad verbum Dei expergiſcit, licet illud maximo cum ſeueritatis & Zeli clamore auribus & animis ipſorum inculcetur. Hinc Proverb. 23. v. 31. *Ne intuearis vinum, quod rubrum ſit, quod det in calice colorem ſuum; agitet ſeſe probe. In fine velut ſerpens mordebit, & velut Regulus dolore afficiet: Oculi tui videbunt viſiones extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa. Et eris veluti dormiens in corde maris, & ſicuti dormiens in capite mali nauis: Verberauerunt, inquies, me, & non ægrotaui, contuſſerunt me, nec ſenſi, quando euigilabo, addam quærere illud adhuc.* Ierem. c. 5. v. 3. *Iehoua, an non oculi tui ſunt ad veritatem? percuſſiſti eos, & non doluerunt; conſumſiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam; duriores fuerunt facies eorum petra, renuerunt reuerti.*

Diaboli ſtratagema.

DISSERTATIO XI.

De Ferculis quæ Diabolus Mundo apponit.

CONVIVIUM quod Abſalon 2. Reg. c. 13. fecit, imago eſt convivii, quo Diabolus mun-

tes officium, ſacri piperis fonte baptizant, ut ex tali baptiſmate baptizati multiſormem ſaporis gratiam conſequantur. In eadem menſa terreſtre animal piperis inundatione ſubmergitur, piſcis natat in pipere, auis eiusdem viſcoſitate ligatur, dumq; tot animalium genera uno ventris ergaſtulantur in carcere, aquatile animal ſecum pedeſtre, aërium genus in eodem ſepulchro intumulari mirantur, quibus ſi detur licentia exeundi, egreſſuris vix portæ ſufficit amplitudo.

DISSERTATIO X.

De Mandragora.

MANDRAGORA, alias etiam Circæium dicta, herba eſt utriusque ſexus: marem candidam femellam nigram eſſe teſtantur, Naturalis hiſtoriæ ſcriptores, ut apud Columellã, Plinium & Ariſtotelem videmus. Ad generationis fœcunditatem plurimum confert, unde etiam humani corporis omnia lineamenta præ ſe fert. Homines ita profunde facit dormire, ut nihil prorſus ſentiant, adeo ut poſſint ſine ullo dolore ſecari. Hinc apud Iul. Sext. Front. lib. 2. c. 5. legimus, ſtratagema Punicum, quo Chartaginenſis quidam Dux hoc modo in hoſtes uſus eſt. Accepit ille multa dolia vini, & Mandragoræ ſuccum vino immiſcuit, quæ conſultò in tentoriis reliquit. Affricani autem ob hoſtis fugam gaudentes, tentoria invaſerunt, & inuc-

invenientes victualia cum vino maxima in copia, vino inebriati, ſomno oppreſſi, à Carthaginenſibus ad internecionem omnes cæſi ſunt.

Sic Diabolus mundi jucunditatem commiſcet cũ ſucco Mandragoræ, id eſt, delectatione luxuriæ, quod homines eum bibentes ſiunt quodammodo inſenſiles. Hinc mũdus in peccatis dormit, nec ad verbum Dei expergiſcit, licet illud maximo cum ſeueritatis & Zeli clamore auribus & animis ipſorum inculcetur. Hinc Proverb. 23. v. 31. *Ne intuearis vinum, quod rubrum ſit, quod det in calice colorem ſuum; agitet ſeſe probe. In fine velut ſerpens mordebit, & velut Regulus dolore afficiet: Oculi tui videbunt viſiones extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa. Et eris veluti dormiens in corde maris, & ſicuti dormiens in capite mali nauis: Verberauerunt, inquies, me, & non ægrotaui; contuſſerunt me, nec ſenſi, quando euigilabo, addam quærere illud adhuc.* Ierem. c. 5. v. 3. *Iehoua, an non oculi tui ſunt ad veritatem? percuſſiſti eos, & non doluerunt, conſumſiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam, duriores fuerunt facies eorum petra, renuerunt reuerti.*

Diaboli ſtratagema.

Dissertatio XI.

De Ferculis quæ Diabolus Mundo apponit.

Convivium quod Abſalon 2. Reg. c. 13. fecit, imago eſt convivii, quo Diabolus mun-

mundum excipit. Abſalon idem eſt, quod *Patris mei amaritudo*, & ut illud convivium vocatur regium, *ſic ille quoque rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ*, ut ait Iob capite quadrageſimo primo, verſiculo ultimo.

Primò, dat PAVONES ſuperbiæ; teſtatur enim Auguſtinus de civitate DEI, lib. 2. quod caro pavonis benè decocta, iterum devenit cruda, ſicut ipſe expertus eſt, poſt anni ſpatium jam transactum: ſic ſuperbia, quantumcunque vincatur, ſemper recrudeſcit & recreſcit.

Superbia quãrum malum.

Quem ſuccum ferculum generet, docet Caſſiodor. ſuper Pſalm. 18. *Superbia de Angelo Diabolum fecit, & homini mortem intulit, & conceſſa beatitudine vacuavit: omnium malorum mater, ſcelerum fons, vena nequitiæ.* Gregorius in mor. *Radix cuncti mali, & Regina omnium vitiorum ſuperbia eſt*, de qua ſcriptura atteſtante dicitur. Initium omnis peccati ſuperbia. Septem principalia vitia de ſuperbiæ virulenta radice proferuntur, ſcilicet, inanis gloria, invidia, ira, triſtitia, avaritia, ventris ingluvies & luxuria. Nam quia his ſeptem ſuperbiæ vitijs nos captos Diabolus tenuit, idcirco Redemptor noſter, ad ſpirituale liberationis bellum, ſeptiformis gratiæ plenus venit.

Quatuor autem ſunt, *quæ trahunt Superbiæ currum: Amor dominandi, Amor propriæ laudis, Contemptus, & Inobedientia.*

Nutrices Superbiæ.

Rotæ verò ſunt: *Iactantia mentis & Arrogantia, Verboſitas & Levitas. Auriga in hoc curru eſt,*

Spiri-

Digitized by Google

Spiritus ſuperbiæ. Amatores mundi ſunt, qui vehuntur in hoc curru, infrænes ſunt equi, volubiles rotæ, auriga perverſus, & qui portatur infirmus. Hugo de Clauſt. anim. lib. 1.

Secundò, dat in hoc ſuo convivio PERDICES *Avaritiæ*, vel *Injuſtitiæ*: Perdix enim, ut Ambroſius refert in Hexameron, cum ova ſua perdiderit, alterius perdicis furatur atque capit ova, ſed pulli procreati ad vocem matris relinquunt falſam nutricem, & ſequuntur matrem. *Ita mali Domini, cum bona ſua malè perdiderint per inutiles expenſas & conſumptiones, bona pauperum aufferunt per injuſtas extorſiones & exactiones, & cum deficiunt bona pauperum, attentant & rapere bona Clericorum.*

Sacrilegia. Avaritia.

De hoc ferculo edunt, qui ex bono publico privatas ſuas augent divitias, qui Eccleſiaſticis detrahunt, qui Eleemoſynas imminuunt, qui mala fide & fraudulenter ſtipendia exſolvunt, qui merces, & quicquid venditur vel emitur, corrumpunt, &c. non conſiderantes, quid Paulus in prima ad Theſſal. cap. 4. ſcribat: *Hæc eſt voluntas DEI, ſanctificatio veſtri, ne quis opprimat, & habeat quæſtui fratrem ſuum, nam ultor eſt Dominus omnium iſtorum,* & 1. Cor. 6. *An ignoratis iniuſtos non eſſe DEI hereditatem poſſeſſuros?*

Tertiò, dat in hoc convivio COLUMBAS *Luxuriæ*. Columba enim Iſidoro propter Luxuriam, cui præ alijs volatilibus dedita eſt, quaſi colens lumbos dicitur, Galat. quintò.

Mani-

Digitized by Google

Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt immunditia & fornicatio, & 1. Cor. 6. *Ne errate, neque ſcortatores, neque idololatræ, neque mœchi, neque molles, neque qui concumbunt cum maſculis, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque conuitiatores, neq; rapaces regni Dei hereditatem poſsidebũt.* Apoc. c. 21. *Non intrabit in nouam Hieruſalem quicquam, quod inquinat, aut abominandum quippiam patrat;* &c. & c. 22. *Foris erunt canes & venefici & ſcortatores,* &c.

Scortatores à Deo reiecti.

Nec hi ſolummodo de ferculo hoc edunt, ſed & illi, de quibus Chriſtus loquitur, Matth. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, jam mœchatus eſt cum illa in corde ſuo.* Vnde Baſil. *Mulierem non novi & tamen non ſum virgo.* Caſſianus autem reddit huius rei rationem, dicens; *quia licet integritatem corporis ſeruaueris, per cogitationes tamen animum alliciens; quandoq; perdit integritatem mentis.*

Quartò; conficit Diabolus ferculum ex APRIS *Iracundiæ.* Aper enim beſtia tam ſæva eſt, ut mortem nihili pendens cõtra venatores, ferro intrepide ſe infigit, & transfixa contra inſiſtentem ſibi vires recolligit, & nimia audacia mortem non timens, contra hoſtis venabulum ſe opponit.

Iracundus in ſemet furit.

Sic Iracundus, ut vindictam de inimicis reportet, ex ipſa ira periculum mortis parui pendens, etiam in tela ferrea ſe immittit intrepidè, nec vulneratus refugit, ſed maiore furore in ſuos vulneratores inſurgit, ideo Iob dicit cap. 5. Vi-

Digitized by Google

5. Virum ſtultum interficit iracundia.

Quanta autem ſit iracundiæ culpa, penſare poſſumus, per *quam patientia perditur, ut quid quoq; ordine ſit peragendum, omnino neſciatur: quia nimirum intelligentiæ lucem ira ſubtrahit, cum mẽtem promouendo confundit.* Gregor. lib. 3. mor. & poſtea. *Per iram juſtitia relinquitur, quia dum perturbata mens, judicium ſine ratione exaſperat, omne quod furor ſuggerit, rectum putat. Per iram gratia vitæ ſocialis amittitur, quia qui ſe ex humana ratione non temperat, neceſſe eſt, ut beſtialiter vivat. Per iram manſuetudo amittitur, quia cum menti iracundia confuſionis tenebras incutit, huic Deus radium ſuæ cognitionis abſcõdit.* Item: *Per iram Spiritus Sancti ſplendor excutitur, quia ſupra humilem & quietum requieſcere dicitur: quia cum ira quietem ſubtrahit, ſuam Spiritui Sancto claudit habitationem, cuius receſſione animus vacuus ad apertam morum inſaniam ducitur, & usq; ad ſuperficiem ab intimo cogitationum fundamento diſſipatur.* *Ira fructus.*

Melior ergo eſt, *qui vincit iram, quam qui capit civitatem, ut egregiè loquitur,* Caſſ. in Pſ.

Quintum huius Infernalis Convivij ferculum conficitur ex CERVIS *Gulæ.* Nam cervi avidè admodum pabula petunt, & cum ſe nimis pingues ſentiunt, latebras quærunt. Sic Guloſi in ſumendis cibis ſunt auidi contra illud Eccleſ. 37. *Noli avidus eſſe in omni epulatione, nec te effundas ſuper omnem eſcam:* & huiusmodi petunt latebras tenebrarum, in quibus Principi illarum Diabolo ſerviunt operibus tenebrarum, *Effectus crapula.*

rum, cum deberent CHRISTO & patri luminum in die lucis ſervire & obedire. Et ſanè quid Diabolus per Gulam efficiat, præter quotidianam experientiam Gregorius in moral. teſtatur, dum ait: *illam innumera vitiorum agmina, ad animæ conflictum adducere,* Vnde Paulus tanta cum ſeveritate ad Epheſios ſcribit capite quinto: *Ne inebriamini vino, in quo luxus eſt, ſed implemini Spiritu Sancto,* ubi Græca vox ἀσωτία, qua Apoſtolus utitur conſideranda, quæ ſignificat omnem profuſionem, & quidem illam, quæ ſumma turpitudine eſt conjuncta.

Quemadmodum hujusmodi ἀσωτίαν in pluribus hodie videmus, qui gulæ dediti, ex uno peccato in aliud ruunt.

Invidorum natura.

Sextò, Diabolus ſuis Convivis ferculum conficit ex VRSIS *Invidiæ.* Vrſus indifferenter carnes & mel comedit. Carnem edit propter fortitudinem, mel verò propter dulcedinem.

Vnde mellis acquirendi cauſa arbores aſcendit, de quibus nonnuquam cadit, & crura vel alia membra confringit.

Sic Invidus comedit carnes, cum proximo detrahit bonam famam, & delectatur calumnijs & delationibus, nam carnes edere idem eſſe quod detrahere, teſtatur Gloſſa in verba hæc Proverbior. 13. *Noli eſſe in convivijs peccatorum, nec comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum adferunt,* ubi addit.

Carnes

Carnes ad veſcendum ferre eſt in collatione detractionis vel derogationis viciſſim vitia proximorum dicere. *Vt enim Helvones tanta aviditate carnes devorant, ut oſſa rodant: ſic Invidi ſuis calumniis viros probos mordent, & innocentiam ipſorum, cui bonam exiſtimationem detraxerunt, rodunt.* Simile.

Invidi autem non ſolum carnes, ſed mel quoque comedunt illoque plurimum delectantur, adeò ut illius cauſſa arbores etiam altiſſimas aſcendant, quando vident ſuavem hominis famam, extenuant & contemnunt, nec erubeſcunt viros excellentes & virtute florentes aggredi contra illud, Apocalyp. 7. *Nolite nocere terræ, neque arboribus*, id eſt, hominibus pijs, virtute ac pietate excellentibus.

Poſſemus etiam dicere, Diabolum huic ferculo ex *Vrſis*, addere VULTURES. Sic enim de Invidia Baſilius ſcribit: *Vultures ad maleolentia corpora, præteritis amœnis, & odoriferis locis feruntur, & Muſcæ ſana prætervolantes ad ulcera feſtinant: ſic Invidi ſplendida ac magna & præclarè facta ne intuentur quidem, ſed putria invadunt.* Invidi Vulturum æmuli.

Si autem vix Miſeria Invidia caret, quomodo hodie ulla felicitas, etiam modeſtiſſima, malignitatis dentes vitare poterit.

Rarum enim invenies, ſcribit Hieronymus ad Celantiam, *qui irreprehenſibilem ſuam vitam exhibere velit, ut is non libenter reprehen-*

Digitized by Google

Cōmune detrahendi vitium. *dat alienam : tantaq́, huius mali libido mentes hominum inuaſit, ut etiam qui procul ab aliȷs vitȷs receſſerunt, in iſtud tamen quaſi in extraneum laqueum Diaboli incidant.* Seneca autem dicere ſolebat. *Vtinam Invidi oculos haberent in omnibus ciuitatibus, ut de omnium felicitatibus torquerentur: nam quanta felicium ſunt gaudia, tanti ſunt invidorum gemitus.*

Invidorū infelicitas.

Septimò & ultimò ferculum affert ex CETIS *Ignaviæ.* Cetus enim piſcis ob nimiam pinguedinem & corpulentiam, omnium eſt ignaviſſimus, præſertim in ætate provectiore, ubi in dorſo eius tantus ſqualor, ut herbæ ibi creſcant: *Sic ignavi homines tam tardi ſunt ad bona opera, ut in eis interdum pulvis malarum cogitationum coaleſcat, & herbæ carnalium voluptatum excreſcant;* juxta illud Proverb. 24. *Per agrum pigri hominis tranſivi, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleverunt urticæ, & operuerunt ſuperficiem eius ſpinæ.*

Et hæc de ſeptem ferculis, quæ præparavit Diabolus in cœna huius mundi, ad quam homines invitat per legatos ſuos, quos in univerſum emiſit mundum.

Exoremus igitur Dominum, nos Spiritu ſuo illuminet & gubernet, ut nobis ab huiuſmodi convivio, eiusque ferculis & dapibus diligenter caveamus, nec permittamus nobis perſuaderi, ut vel minimam earum micam deguſtemus, non enim in refectionem, ſed perditionem tam æternam quam præſentem offeruntur,

tur,

tur, ſicut de Abſalonis convivio legimus, 2. Regum cap. 13. *fecit convivium grande, ut in eo poſſet occidere fratrem ſuum Amon, dicens ſervis ſuis: Obſeruate eum, cum temulentus fuerit Amon vino, & dixero vobis, percutite eum & occidite: nolite timere, ego ſum, qui præcipio vobis,* & ſeq. *Fecerunt pueri Abſalon, aduerſus Amon, quod præceperat eis Abſalon.*

Sic Diabolus ad conuiuium inuitat nos peccatores, ut nos temulentos occidat, qui ſumus fratres Angelorum, in cuius figura legitur Iob. 1. *Dum filij Iob convivarent in domo fratris ſui primogeniti, repentè ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor augulos domus, & omnes oppreſſit, & mortui ſunt.*

Sed obſervandum, quod cum Abſalon invitaret ad convivium, plures quidem venerunt, nonnulli autem recuſarunt. David enim cum ſuis noluit venire, qui invitanti reſpondit: *Noli, fili mi, rogare, ut veniamus omnes, & gravemur.* Cum autem cogeret eum, & noluiſſet venire, ait Abſalon, *ſi non vis venire, veniat, obſecro, ſaltem Amon, & omnes filij Regis.*

Sicut igitur omnes filios Regis invitavit, ſic & Diabolus omnes ad convivium ſuum invitat, ſed tamen non omnes veniunt. David enim denotat virum manu fortem, & ſignificantur per illum omnes fideles, qui Diaboli perſuaſionibus fortiter reſiſtunt. Hinc Petrus 1. Epiſtol. cap. 5. *Submittite vos ſub potenti manu Dei, ut vos in tempore attollat, omni cura veſtra in*

eum conjecta, nam illi cura eſt de vobis. Sobrij eſtote, vigilate, nam adverſarius veſter Diabolus, tanquam Leo rugiens obambulat, quærens, quem devoret, cui reſiſtite firmi per fidem.

Quotquot ergo cum Davide emanſerunt, ſalvi evaſerunt, qui autem Abſalon ſequuti ſunt, ſenſerunt, quam læthali veneno fercula illa fuerint infecta.

Quemadmodum autem tandem Abſalon miſeræ arboris beneficio miſerrimè periit, & maledicto ſepulchro fuit abſconditus: Sic Diabolus beneficio crucis CHRISTI, periit totus cum omnibus ſuis ſpiritibus, & conjectus in abyſſum damnationis.

DISSERTATIO XII.

De Avibus, quæ in media æſtate à cantu abſtinent.

VIDEMUS pleraſque quas in caveis alimus, ut & alias plures aves, quarum modulationibus ruri recreamur, ſtatim circa feſtum Iohannis Baptiſtæ, quaſi vernalium & æſtivalium pertæſas deliciarum, à ſolito abſtinere cantu, & ut Ambroſius quoque in Hexamer. libro quinto, capite decimo tertio, obſervavit: *Humana reſpuere gaudia.* Ita quoque ſi-

que fideles in medio curſu felicitatis, evanida voluptatum gaudia nihili facientes ſuſpirijs & lacrymis potius, quam cantilenis exercentur, magiſque cum orantibus ſolitarios receſſus, quàm publicos apud mundanos quærunt conventus.

Fideles plerũq; triſtantur.

Conſiderantes ſe longe graviores ingemiſcendi, quàm tripudiandi cauſſas habere, præſertim cùm Salvator dixerit: *Væ vobis, qui ridetis, quia lugebitis & flebitis*: Lucæ ſexto, & Iacob. capite quinto: *Agite nunc divites, plorate, ululantes in miſerijs veſtris, quæ advenient vobis.*

Quandoquidem igitur *melius eſt ire ad domum luctus, quam ire ad domum convivij*, ut ait Salamon in Eccleſiaſt. c. 7. graviſſimas illas meritò perpendemus rationes, quibus à mundanis gaudijs, in media vitæ noſtræ felicitate, prædictarum inſtar avium, ad triſtes & lachrimabiles huiusmodi meditationes commoveri debeamús.

Primò ergo nos ad piam hanc triſtitiam moveat, paſſio pœnarum, quæ primis noſtris parentibus peccantibus, omnibusq; eorum filijs nepotibus & poſteris, à juſtiſſimo Deo inflictæ ſunt. *Si enim homo*, ut ait Chryſoſt. *in Paradiſo innocenter vixiſſet, nec ignis eum ureret, nec aqua mergeret, nec abſetia aeris ſuffocaret, nec omnia quæ nocent mortalibus, impedirent. Sed heu, Adam nõ perpendit, ſed in uno peccato actuali plura peccata commiſit*, ut clarè deducit Auguſtinus in En-

chirid. cap. 26. & 27. & allegatur à Magiſtro Sentent. libr. 2. diſtinct. 33. cap. 3. *Poſſunt*, inquit, *intelligi plura peccata in una transgreſſione Adami, ſi in ſua quaſi membra dividatur. Nam & ſuperbia eſt illic, quia homo in ſua potius eſſe, quam Dei poteſtate dilexit: & ſacrilegium, quia* DEO *non reddidit; & homicidium, quia ſe in mortem præcipitauit; & fornicatio ſpiritualis, quia integritas mentis humanæ ſerpentina perſuaſione corrupta eſt; & furtum, quia cibos prohibitos uſurpavit; & avaritia, quia plus, quàm ſufficere illi debuit, appetivit, &c.*

Adami peccatũ multiplex.

Ex quo in una transgreſſione tanta & tam magna peccata perpetravit, ideo eum variis miſeriis & pœnis à Paradiſo expellendo afflixit, dicens, Geneſ. 3. *Quia paruiſti, voci uxoris tuæ, & comediſti de arbore illa, de qua præceperam tibi, dicendo, non comedes ex ea, maledicta terra propter te, in labore comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinasque ac tribulos germinabit tibi, & comedes herbas agri. In ſudore vultus tui veſceris pane, donec revertaris in terram, nam ex terra ſumptus es, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.*

Has pœnas & miſerias non ſolum primi noſtri parentes ſuſtinuerunt, ſed etiam in omnes ſuos filios & poſteros derivarunt. Vnde Iob. cap. 14. *Homo natus ex muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis.* Repletur enim miſeriis tam in anima, quàm in corpore, tàm à ſemetipſo, quã à creaturis exteris. In anima experi-

Varia humani generis miſeria.

peri-

perimur impotentiam ad faciendum bonum: concupiſcentiam ad appetendum malum, ignorantiam ad diſcendum. &c. *Senſus enim & cogitatio humani, proni ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua* Geneſ. 8. In corpore autem patimur famem, ſitim, frigus, æſtum, morbum & plurimos affectus perquam miſerrimos, & demum mortem ipſam. Hæc & plura alia ſimilia seriò, vt decet, conſiderans homo, meritò cùm Propheta exclamabit: *Quis dat oculis fontem lachrymarum?*

Secundò in medio humanarum voluptatum, flere potius & ingemiſcere, quàm hilariter cantare incipiemus ob triſtiſſimam perturbationem, qua inter tot miſerias, miſerrimi affligimur. Quantopere enim mali bonos in hac vita perturbent, non ſcriptura modò ſacra, ſed ipſa quoque quotidiana teſtatur experientia, quandoquidem ad finem uſque mundi dicti hujus veritas permanebit, & magis magisq; illuſtrabitur, quæ eſt 2. ad Tim. 3. *Omnes qui piè vivere volunt in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur.* Ideo Auguſtinus cum provincia ejus ab impijs eſſet obſeſſa, lacrymis ceu pane dies noctesque veſcebatur: quemadmodum Victorinus Epiſcopus ad eum hanc ob cauſam his verbis ſcripſit: *Venerabili Patri Auguſtino, Victorinus in Domino ſalutem. Noveritis quod tota noſtra provincia à Barbaris eſt obſeſſa, & tot malis ac flagellis percuſſa, vt multi Chriſtiani mihi inſultent, & dicant: Vtinam nomen Chriſti nunquam fuiſſet divulgatum &*

Epiſtola Victorini ad Auguſtin. de Eccleſiæ miſerijs.

per mundum prædicatum, quia poſt divulgationem illius nominis, pluribus malis affectum eſt genus humanum quam ante Nam prius totus mundus regebatur ſub vno principe, & ſumma pace fruebatur, ita vt impletum eſſe dicant, quod ait Propheta Eſaias. 2. Conflabant gladios ſuos in vomeres & lanceas ſuas in falces. Nunc autem tali nomine divulgato lites & bella & diſcordiæ inſurgunt, vt ferè non ſit aliqua pars in toto orbe, quæ ſit in pace. Rogo igitur, Pater, vt ſuper his malis aliquos longos tractatus & prolixũ librum facere digneris, quia talibus objectionibus non valeo reſpondere: Cui ſic reſpondit Auguſt. in epiſt. 62. *Literæ tuæ chariſſimè Victorine, grandi labore repleverunt cor meum, quibus petijſti, vt prolixo opere aliquo reſpondeam, cum talibus malis magis prolixi gemitus, quam prolixi libri debeant adhiberi. Exclamandum ad Deum, vt non ſecundum merita noſtra faciat nobis, ſed ſecundum ſuam miſericordiam liberet nos à tantis malis,* & paulò poſt, docet Deum his afflictionibus, tanquam in torculari oleum ab infidelibus exprimere & ſeparare. Quibus ſubdit: *Illis enim qui contra Chriſtianam fidem querelas impias jactare non quieſcunt, dicentes, quod antequam illa doctrina per mundum prædicaretur, tanta mala humanum genus non patiebatur, facile eſt exemplo reſpondere, quod Dominus Luc 12. nobis proponit. Servus neſciens voluntatem Domini, & faciens digna plagis vapulabit paucis: ſervus autem ſciens voluntatem Domini, & non faciens digna, vapulebit multis. Non enim mirum eſt ſi Chriſtianis temporibus mundus*

Quare hodie Eccleſia affligatur.

dus iſte, tanquam ſervus ſciens jam voluntatem Domini, & non faciens digna, plagis vapulat multis. Attendunt quanta celeritate Evangelium prædicatur, & non attendunt, quanta peverſitate contemnitur. Et rurſus ſubdit: *Servi autem Dei & ſancti, qui mala temporalia ab inimicis patiuntur, habent conſolationes ſuas, & ſpem ſeculi futuri, quia dicit Paulus ad Rom. 8. Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in vobis.*

Tertia hujus triſtitiæ ratio provenit ex compaſſione proximorum quos vel in magnis peccatis vel eorum pœnis videmus. Cùm enim Elephantes ad ejus, qui in foſſam cecidit barritum, ita concurrant, & commiſeratione moveantur, vt non deſiſtant aut recedant, quam laborantem & periclitantem juverint: meritò illorum miſereamur oportet, qui in magnis calamitatibus auxilium noſtrum implorant, nec ab ipſis recedendũ eſt, donec illos vel conſilio vel conſolatione, vel auxilio, aut alio modo ipſis ſalutari & neceſſario juverimus; vel ad minimum ſublevaverimus, præſertim cum Ethnicus nobis inculcet Cicero: *Si videris aliquem cadentem, ſive caſurum, non ride, ſed ei præbe te compatientem.* Et ſapiens noſter Eccleſ. 4. *Si vnus ceciderit, ab alio fulciatur.* Imitemur ergo Iobum, qui compaſſionem ſuam erga afflictos, non modo his verbis ex 30. ca. ſed prius reipsa, & ex variis operibus atque exemplis teſtatus fuit. *Flebam quondam ſuper eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.*

Nec

Nec hoc ſolummodo faciamus erga amicos, & quos vulgo exiſtimamus proximos, ſed ſequamur monita Spiritus Sancti in Epiſt. ad Rom. 12. *Si eſurit inimicus tuus, ciba eum: ſi ſitit, da ei potum: hoc enim ſi feceris, carbones ignis coacervabis in caput ejus: Ne vincitor à malo, ſed vince bono malum.* Et hæc compaſſio (quæ validius inde ſumit incrementum, quando perpendimus, quod in dicto capite Apoſtolus teſtatur: Multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſingillatim autem alij aliorum membra) non tantùm in externas ſe extendit calamitates, quibus proximùm affligi obſervamus, ſed & in peccata, quæ ab ipſo contra Deum & proximum perpetrantur. Si enim corporis aut ſubſtantiæ perditio nos affligit, multò magis animæ damnatio. Vnde Auguſtin. *Sciat ſe culpabiliter durum, qui deflet damna temporis, vel mortem amici, & dolorem peccati non oſtendit in lachrymis.* Item: *ſunt ne in te viſcera Chriſtianæ compaſſionis qui plangis corpus, à quo receſſit anima, & non plangis animam, à qua Deus receſſit?* Sic beatus Ambroſius, cum audiſſet enarrare alicujus peccatum in confeſſione, *adeò flevit, vt illum ſecum flere compelleret.* Et alius quidam Sanctus, vt in vitis Patrum legimus, *cùm vidiſſet ornatum cujusdam mulieris nimis curioſum, flens dixit: Ignoſce mihi omnipotens Deus, quia vnius diei ornatus hujus meretricis ſuperavit totius vitæ meæ induſtria ornamenta.* Interrogãtibus autem, cauſam dixit flens, *duæ res me movent:*

Proximi peccata deflenda.

Notabile exemplum.

vent: vna de illius perditione, alia de mea remiſsione: quia non habeo tantum ſtudium placendi Deo, quantum habet illa impijs hominibus, & Diabolo. Solent igitur ſancti, dum carent quandoque proprijs talibus enormibus, flere de alienis; memores tamē ſubinde infirmitatis, in qua peccare quoque pergunt. Qui verò propria peccata deflent, majorem habent cauſam flendi, & plorandi quam amariſſimè, vt videmus in Petro, qui recolens peccatum ſuum trinæ abnegationis, flevit amarè: Matth. 26. & in Maria Magdalena, quæ Lachrymarum flumine pedes Salvatoris lavit. Luc. 7. O ſi peccator animadverteret mala, ait Meffret, quæ per peccatum incurrit, fleret vtique in præſenti, ne haberet materiam flendi in futuro: nam per peccatum homo Deum offendit, conſortium Angelorum & Sanctorum amittit & ſuffragia Eccleſiæ perdit, animam per peccatum interficit, Diabolo ſe ſubijcit, & in infernum ſe ſubmergit.

Quis ergo peccator, cor tam durum habet, quod ſe continere à fletu poſſit; ſi modo perpendit mala, quæ peccatum adducit. Circumſpice vndique ex omni parte, invenies damna. Si reſpicis ſurſum, invenies tibi Deum offenſum & cœlum clauſum: Si deorſum, infernum apertum, à dextris bonorum conſortium perditum, à ſiniſtris contubernium malarum afflictionum: ante te mortem, quia ſi tu mortuus fueris in peccatis, damnaberis: poſt te damnatio, qui nullà ſuffragia tibi prodeſſe poſſunt &c. Iordan. in poſtillis. Quartò

Quartò, quis non in medio hujus felicitatis curſu, gaudia abrumperet, & lætas quaslibet cantiones, in triſtiſſimas lamentationes ſubitò & ſeriò converteret, qui cœleſtis patriæ dilationem, vt decet, dilgenter perpendit? Audiamus Sacerdotes, Levitas, & cantores populi Iſraëlitici in captivitate Babylonica lamentantes Pſalm. 137. *Iuxta flumina Babel illic ſedimus, etiam flevimus, cum recordaremur Sion. Super ſalices in medio ejus ſuſpendimus citharas noſtras &c.* & paulò poſt: *Quomodo cantabimus canticum Iehovæ in terra alienigenarum? Si oblitus tui fuero ô Hieruſalē, obliviſcatur dextra mea pulſationis ſuæ. Adhæreat lingua mea palato meo, ſi non meminero tui: ſi non aſcendere fecero Hieruſalem ſuper caput lætitiæ meæ* Et David Pſalm. 42. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus?* Gregor. ſuper illud Iob. 3. *Antequam comedam, ſuſpiro,* ſcribit: *Luctu ſuo anima paſcitur, cum flendo ad ſuperna gaudia ſublevatur, & intus quidem doloris ſui gemitum tolerat, ſed eo refectionis pabulum præparat, quovis amoris lacrymoſe manat.*

Cauſa mundani gaudij.

Quandoquidem autem Dominus prædixit, Mundum gaviſurum, conſideremus, quæ cauſæ illius ſint gaudij. Primam Macrobius In Satural. depingit, dicens: *Aquam marinam in ignem projectam non extinguere, ſed accendere flāmam, ob naturalem videlicet ſuam pinguedinem, quæ denſa ſalſa, pinguis & gravis eſt:* Sic jucunditas humana, carnales ardores magis accendit quam

extinguit

extinguit Secundam notat Ioannes epiſt.1.cap. 2. *Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, aut concupiſcentia occulorum, aut ſuperbia vitæ.* Quibus omnes voluptates mundi continentur. Sub concupiſcentia carnis, omnes voluptates carnales in victu, & libidine. Sub concupiſcentia oculorum, comprehenduntur omnia vitia cupiditatis, & avaritia rerum mundanarum, quæ cum oculis conſpiciuntur, corde concupiſcuntur, aurum videlicet, argentum, gemmæ, veſtes precioſæ & cætera pulchra, quibus homines mundani delectantur. Sub vitæ ſuperbia, quæ eſt appetitus inanis gloriæ, comprehenduntur, ambitio, honor, dignitates cum omnibus filiabus inanis gloriæ.

Et ſic propter tria hæc, quæ mundo pulchra videntur, mundus à pleriſq; amatur.

In medijs autem hujuſmodi gaudijs, mundus ſuam quoque experitur triſtitiam. Et deprehenduntur quatuor genera triſtium in mundo, hoc eſt inter mundanos.

Primum genus hujuſmodi mundanarũ triſtium continet *Invidos & detractores*, quos in Ovid. in 4. Metam. graphicè deſcribit: *Cauſa mundanæ triſtitiæ*

Protinus Invidiæ nigro ſqualentia fumo
Tecta petit: domus eſt imis in vallibus antri,
Abdita ſole carens, non vlli pervia vivo,
Triſtis & ignavi pleniſſima frigoris, & quæ
Igne caret ſemper, caligine ſẽper abundat &c

Igitur Salomon ait, Sap. 6. *Neq; cum invidia tabeſcente iter habebo, quoniam talis homo non erit*

particeps

particeps Sapientiæ, Et Iob.cap.5. *Parvulum occidit Invidia.* Deponamus ergo *omnem malitiam & invidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes rationabiles, & ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis ad ſalutem.* 1. *Pet.* 2.

Secundum genus hujuſmodi triſtium, comprehendit *Perfidos & fallaces,* qui ſunt hypocritæ, de quibus ſalvator Matth. 6. *Cùm jejunatis, nolite fieri ſicut ſolent Hypocritæ triſtes.* Iob. c. 15. *Cunctis diebus impius dolore afficitur, & numero annorum, qui abſconditi ſunt forti, ſtrepitus terrorum in auribus ipſius, in pace vaſtator veniet ei. Non credet reverti è tenebris, ideo aſpicitur à gladio. Vagatur iſte ad panem, vbinam ſit, tunc ſciet quod paratus ſit in manu ejus dies tenebrarum.*

Tertium genus continet *Vſurarios & Avaros* quoslibet Hinc Sapiens Eccleſ. *Cuncti dies ejus doloribus pleni ſunt & ærumnis, nec per noctem mente requieſcit.* Vſurarij apud Amos cap. 8. non ſine temporis tædio & triſtitia dicunt. *Quando præterierit menſis ille, & venundabimus frumentum, & hebdomada illa, & aperiemus frumentum, vt imminuamus modium, & augeamus Secel, & pervertamus ſtateras doloſas, Vt emamus nobis argento egenos, & pauperem pro duobus calceis, & quisquilias frumenti vendamus.*

Imo Vſurarij iſti & omnes avari quandoque tam triſtes ſunt, vt in deſperationem delabantur, ſibique manus inferant violentas, totius hujus vitæ pertæſi ob triſtitiam, in quam ex vſura, & avaritia, *quæ radix omnium malorum eſt,* ſe præ-

Digitized by Google

ſe præcipitatos eſſe ſentiunt. Quartum genus mundanarum triſtium continet *omnes eos, qui Deo Patri miſericordiarum & omnium bonorum non fidunt*, contra illud 42. Pſalm. *Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me, ſpera in Deum: quoniam adhuc confitebor tibi.* Idem contra illud Apoſtoli 1. Theſs. c. 4. *Nolo vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.* Felix ergo, vt dicitur Eccleſ. 4. *qui non habuit animi ſui triſtitiam, & non excidit à ſpe ſua.*

Dissertatio XIII.

De quatuor illis Portatoribus, qui plerumque Mortuos in funere efferre ſolent.

Siquidem igitur ſub finem præcedentis Diſſertationis, etiam eos attigimus, qui ob ſuorum obitum triſtantur, operæ pretium fuerit, meminiſſe eorum quoque, qui noſtros mortuos in funere efferre ſolent. Quoniam autem plerunq; quatuor ſunt, quorum humeris feretrum cõmittitur, quale in ipſis exhibeatur nobis myſterium paucis edocebimus. Mortuus autem hic ſignificat Hominẽ in peccãtis perditũ & mortuum. Quemadmodũ enim homo poſt mortem horribilis, abominabilis ac turpis eſt, atq; à communione hominum ſeparatur, licet cũ viveret, fuerat omniũ pulcherrimus & gratiſſimus; ſic talis peccator fœtidus & abomina-

particeps Sapientiæ, Et Iob.cap.5.*Parvulum occidit Invidia.* Deponamus ergo *omnem malitiam & invidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes rationabiles, & ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis ad ſalutem.* 1. Pet. 2.

Secundum genus hujuſmodi triſtium, comprehendit *Perfidos & fallaces*, qui ſunt hypocritæ, de quibus ſalvator Matth. 6. *Cùm jejunatis, nolite fieri ſicut ſolent Hypocritæ triſtes.* Iob. c. 15. *Cunctis diebus impius dolore afficitur, & numero annorum, qui abſconditi ſunt forti, ſtrepitus terrorum in auribus ipſius, in pace vaſtator veniet ei. Non credet reverti è tenebris, ideo aſpicitur à gladio. Vagatur iſte ad panem, vbinam ſit, tunc ſciet quod paratus ſit in manu ejus dies tenebrarum.*

Tertium genus continet *Vſurarios & Avaros* quoslibet Hinc Sapiens Eccleſ. *Cuncti dies ejus doloribus pleni ſunt & ærumnis, nec per noctem mente requieſcit.* Vſurarij apud Amos cap. 8. non ſine temporis tædio & triſtitia dicunt. *Quando præterierit menſis ille, & venundabimus frumentum, & hebdomada illa, & aperiemus frumentum, vt imminuamus modium, & augeamus Secel, & pervertamus ſtateras doloſas, Vt emamus nobis argento egenos, & pauperem pro duobus calceis, & quisquilias frumenti vendamus.*

Imo Vſurarij iſti & omnes avari quandoque tam triſtes ſunt, vt in deſperationem delabantur, ſibique manus inferant violentas, totius hujus vitæ pertæſi ob triſtitiam, in quam ex vſura, & avaritia, *quæ radix omnium malorum eſt,*

ſe piæ-

ſe præcipitatos eſſe ſentiunt. Quartum genus mundanarum triſtium continet *omnes eos, qui Deo Patri miſericordiarum & omnium bonorum non fidunt*, contra illud 42. Pſalm. *Quare triſtu es anima mea, & quare conturbas me, ſpera in Deum, quoniam adhuc confitebor tibi.* Idem contra illud Apoſtoli 1. Theſs. c. 4. *Nolo vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.* Felix ergo, vt dicitur Eccleſ. 4. *qui non habuit animi ſui triſtitiam, & non excidit à ſpe ſua.*

DISSERTATIO XIII.

De quatuor illis Portatoribus, qui plerunque Mortuos in funere efferre ſolent.

SIquidem igitur ſub finem præcedentis Diſſertationis, etiam eos attigimus, qui ob ſuorum obitum triſtantur, operæ pretium fuerit, meminiſſe eorum quoque, qui noſtros mortuos in funere eſferre ſolent. Quoniam autem plerunq; quatuor ſunt, quorum humeris feretrum cōmittitur, quale in ipſis exhibeatur nobis myſterium paucis edocebimus. Mortuus autem hic ſignificat Hominē in peccatis perditū & mortuum. Quemadmodū enim homo poſt mortem horribilis, abominabilis ac turpis eſt, atq; à communione hominum ſeparatur, licet cū viveret, fuerat omniū pulcherrimus & gratiſſimus; ſic talis peccator fœtidus & abomina-

bilis ſit coram Deo, & omnibus ejus Angelis.

Quatuor ergo iſti Portatores ſunt: *Longæ vitæ propoſitio: Alienæ vitæ contemplatio: Propriæ culpæ impunitio: & Divinæ miſericordiæ largitio.*

Primus itaque Portator, qui mortuum, hoc eſt, Peccatorem offert, eſt *Longæ vitæ propoſitio.* Quandoquidem enim homo ſibi longam vitam proponit, reſipiſcentiam de die in diem, imo de anno in annum differt, nec conſiderat peccatorum ſuorum abominationẽ: ſi verò vitæ hujus brevitatem conſideraret, non quieſceret, donec deflevíſſet peccata & per Chriſtum impetraſſet remiſſionem & reconciliationẽ cum Patre. Hinc Moſes Pſal. 90. *Vt numeremus dies noſtros, ſic ſcire fac nos & adducemus in cor ſapientiam.* Et David 39. *Scire fac me Iehova diem meum, & menſurã dierum meorum quæ ſit, ſciam quam temporalis ſum.* Quibus adſtipulatur Eccleſiaſtic. c. 7. v. vlt. *In omnibus quæ dices, quæve facies, memento noviſſimorum tuorum, & in æternum non peccabis.*

Secundus Portator eſt, *Alienæ culpæ intuitio, ſeu contẽplatio.* Hinc enim fit, quod plures in peccatis ſuis moriuntur, quod ſolũmodo vident & vituperant, quod alii faciunt & perpetrant, ſibi verò in omnibus indulgent, nec obſervant quã graviter ipſimet delinquant. Vnde ſecuritas oritur & tãta peccandi licẽtia, vt virtutẽ vocent ꝓpria peccata. Fiũt ſtupidi adeo, *vt trabẽ nõ ſentiãt in oculis, cũ in alienis videãt feſtucã.* Matth. 7. Lu. 6. *Quod ipſi dicunt, ex cœlo dictũ putant.* Pſ. 33. Rectiſſimè igitur Aug. in Eccl. 7. *Nulla præſumptio pernitioſior, quam de propria juſtitia, aut ſapientia ſu-*

perbire. Nec immeritò Bernh. li. de 12. gradibus humilitatis! *O ſuperba præſumptio, præſumptuoſa ſuperbia, quæ nō ſolum Angelos Deo voluit adæquare, ſed Homines præsūpſit Deificare. Porro quos erexit, depreſſit, & quos exaltavit, humiliavit: hæc turrim evertit, linguā cōfudit, Goliath proſtravit Aman ſuſpēdit.* *Præſumptionis effectus*

Tertius Portator eſt, *Culpæ propriæ Impunitio*, dum enim Peccatores vident, ſua peccata non puniri vel à Magiſtratu, quē corrūpunt, vel corruptum animadvertunt, vel negligentem & timidum obſervant: vel à Deo, quem hæc non curare impiè credunt, peccata peccatis addere ſibi licere, prorſus perſuaſum habent. Abutūtur Dei miſericordia & longanimitate, dum vident Deū in Sodomitas hodie non tam ſtatim & ſeverè animadvertere, vt olim. Fures & transgreſſores Sabbathi non punire, vt tempore Moſis &c.

Sed videt hoc Deus, ille Deus, Regnator, & auſis
Sera quidem, manet ira tamen.

Quem autem Dominus diligit, caſtigat, & flagellat quemcunq; filiū agnoſcit: Heb. 12. v. 6. Et Chriſtus Dominus Apoc. 3. v. 19. *Ego quoſcunq; amo, arguo & caſtigo, ferve igitur & reſipiſce.*

Quartus Portator eſt, *Divinæ miſericordiæ Largitio:* multi. n. ideo in peccatis moriuntur, quia ſciunt Deū pro infinita ſua miſericordia peccatoribus clementer & paternè ignoſcere. Et abutuntur exemplis de Maria Magdalena, Petro & Latrone vt & Davide & aliis. Sed conſiderandū quod Hierony. habet in Epiſt. *Vix inter ducenta millia hominum, quorum vita ſemper fuit mala vnus meretur indulgentiam.* *Pænitētia dilatio perículoſiſſima.*

DISSERTATIO XIV.

De Tigride & quomodo illa capiatur.

QVæ ferociſſimi hujus animalis natura ſit: Plin. naturalis hiſt. lib. 8. cap. 18: & Iſidorus in naturalibus diligēter deſcripſerunt, quorum ille ita loquitur: *Velocitatis eſt tremendæ, & maxime cognita, dum capitur Totus enim fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiante rapitur equo, quam maxime pernici atq; in recentē ſubinde transfertur. At vbi vacuum cubile & reperit fœtu (maribus enim non eſt cura ſobolis) fertur præceps, odore veſtigans. Raptor appropinquante fremitu, abijcit vnum è catulis: tollit illa morſu, & pondere etiam ocyor acta remeat, iterumque conſequitur, ac ſubinde, donec in navem regreſſo irrita feritas, ſævit in littore &c.* Sed tam ferox non eſt quam humana non capiat induſtria. Hic enim teſtatur: Venatores ipſi in via, *Ignem vel aquam, vel ſpeculum proijcere, in* cujus perlucido nitore illa ſeſe contemplans, venatoris & imminentis obli ta periculi, ſubſiſtit, & ſic improvida capitur.

Tigris quomodo capiatur.

Animalis autem hujus velocitas & fœcunditas, *figura eſt eorum qui ad tempus veloces ſunt ad omnia cultus divini exercitia,* nec vllo præpediuntur obſtaculo in curſu pietatis, ſed ſingulari induſtria alios omnes antecedunt, imo fœcundi ſunt in pluribus bonis operibus. Et quia perniçioſiſſimus ille venator Diabolus, qui vt Leo

fugiens

rugiens obambulat, quærens quem devoret, illos in curſu pietatis capere non poteſt, omnibus modis laborat, vt curſum illorum ſiſtat, idcirco ignem, aquam & ſpeculum ipſis in viam proijcit, vt hujumodi ſplendoribus delectentur, & otioſi, ſuæ vocationis obliti, capiantur.

Primò igitur in viam ad curſum ſiſtendum proijcit, IGNEM eumque triplicem. *Ignem videlicet Iracundiæ, Ignem Invidiæ, & Ignem Luxuriæ*, & hujuſmodi ignibus plurimi à curſu pietatis retinentur. De primo hoc igne ait Iob. 5. *Virum ſtultum interficit iracundia.* & Salomon prou. 29. *Vir iracundus provocat rixas, & qui ad indignationem facilis eſt, erit ad peccandum proclivior.* Hinc Iacobus cap. 1. vult, vt tardi ad iram ſimus. Et Paulus Eph. 5. Iraſcimini, & nolite peccare. Secundus ignis objectus fuit fratribus Ioſeph, & Iudæis, qui Chriſtum crucifixerunt. Tertio igne capti ſunt Sodomitæ, & ſenes illi Iudices qui contra Suſannam conſpirarunt. Vnde Gregor, in moral. *Ex quo Luxuria mentem alicujus ſemel occupaverit, vix ei bona deſideria cogitare permittit, multò minus facere ſinit.* Et qui ab ignibus iſtis non recedunt, experientur quid ſit illud Deut. 32. *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſq; ad inferni noviſſima.*

Secundò effundit in viam AQUAM *cupiditatis*, vt ſic in currentibus ſitim cœleſtis pietatis, exſtinguit juxta illud Richardi de Sancto Victore: *Cupiditas terrenæ gloriæ, extinguit deſiderium fidelitatis ſupernæ.* Hac aqua decepit Achan

Iud.7.filios Samuelis 1. Reg.8.Famulum Eliſæi 3.Reg.5.Ananiam cum Saphira. Act.5.&cũ ſexcentis alijs, Simonem Magum. Act.8. Hinc Rabanus Maurus in Geneſ. *Ad brabeium pervenire non poterit, qui corporis quieti commodoq; inſiſtit.*

Tertiò obijcit ſpeculum humanæ felicitatis, vt videmus in illis divitibus, qui Luc 12. & 16. deſcribuntur. Vnde Salvator diſcipulis dixit, cũ dives Iuvenis triſtitia afficeretur, audiens ad veram perfectionem requiri contemptum divitiarum: *Amen dico vobis, dives difficulter introibit in regnum cœlorum. Rurſum verò dico vobis, facilius eſt, Camelum per foramen acus tranſire, quam divitem in regnum cœlorum introire.* Matth. 19.v.21.22.23. Precemur ergo Dominum, vt nos in via ſalutis deducat, nec nos impediri aut abduci patiatur, clamemus cum Davide ex Pſal. 119.v.35. *Deduc me per ſemitam mandatorum tuorum, quia in ea eſt beneplacitum tuum.* Et ex Pſal.143.v.8. *Scire fac me viam, per quam ambulem, quia ad te levavi animam meam. Erue me ab inimicis meis, Iehova in te ſpero. Spiritus tuus bonus deducat me in terra recta.*

Quo magis enim triſtem caliginé, tenebras, dubitationes & imbecillitatem mentis noſtræ intelligimus, ſingulis momentis experientes, quam facilè impellamur, vt deficiamus à veritate & pietate, errores verò cum doctrina cœleſti pugnantes cum omnibus vitijs amplectamur, & in graviſſima quæq; ſcelera cæci ruamus, eo ardentius & fortius petendo inſtare debemus, vt divinitus doceamur, regamur, ducamur, & confirme-

Digitized by Google

confirmemur, ac agnitam veritatem & pietatem abijciamus, in omnia ſcelera præcipitat. Vnde Propheta David ſuo exemplo nos toties monet, vt nos quoq; adverſus caliginem nobiſcum naſcentem, & imbecillitatē carnis noſtræ depravatæ; deinde adverſus Diaboli inſidias & furores, mundiq; fallacias his armis nos muniamus, ſtudio videlicet, & cognitione cœleſtis doctrinæ, & omnibus pietatis Chriſtianæ exercitijs, aſſidua precatione.

DISSERTATIO XV.

Quare nonnulli ex Prælatis comparentur Idolis, ſeu ſtatuis.

SIcut Idola & Statuæ *oculos habent, nec tamen vident,* teſte Pſalm. 114. Ita & nonnulli ex Prælatis, Sacerdotibus & Eccleſiæ Miniſtris virtute viſiva diſcretionis, & conſcientiæ, quæ diſcernere debet neceſſaria, *inter lepram & non lepram,* id eſt, inter id quod peccatum eſt, & non eſt, inter ea quæ à Deo, & quæ ab hominibus ſunt conſtituta, inter ea quæ permittenda & non permittenda ſunt. Carent enim nonnulli non tantū Sacræ Scripturę cognitione, *in qua tamē à juventute deberēt eſſe inſtituti,* vt de Timoth. Paulus teſtatur Epiſt. 1, c. 4. v. 6. verū etiā omnis liberalis & humanæ ſcientiæ, exæcati puluere terrenarū ſordiū & ſtercore hirundinum Tob. 2. & Eſaiæ 56. Iſti non vident Spiritualia, vt doceant, conſolentur, reprehendant, adhortentur & dehortentur: vident ſolummodo

temporalia, vt emant, vendant, diſpenſent, promoveant, impediant, edant, bibant, ædificent & pecunias elocent &c.

Secundò nonnulli carent vi olfactiva, qua ſentitur odor animæ devotæ, vt Cant. 1. *Curremus in odore vnguentorum tuorum.* Nam odor ſpinarum præſentium hujus mundi ipſis tam ſuavis eſt, vt cœleſtia lilia non curent. Spinæ autem hujus mundi ſunt opes, honores, & omnia ea, quæ Salomon ſapientiſſimo deſcribit elogio, *Vanitas vanitatum.*

Tertiò carent virtute auditiva, deberent enim duas aures habere, vnam, qua percipiant verbum Dei, alteram, qua audiant clamores & gemitus pauperum, afflictorum & deſolatorū.

Aures autem more aſpidis ſurdæ obturant, dextram videlicet terra, & ſiniſtram cauda. Si enim occaſio Verbum Dei audiendi ſe offert, occupationes prætendunt, quibus in terrenis cōponendis & coarcervandis obruuntur. Si clamant pauperes pro eleemoſyna obturāt aurem ſiniſtram, dicentes, tanta ipſis opus eſſe familia tot militibus, tot clericis, tot armigeris, tot famulis, tot equis & curribus &c. vt vix ſufficiant quæcunque ex Eccleſia poſſident. Meffred. Dominic. 2. poſt Paſcha. Hujuſmodi autem ſurditates, orationes ipſorum execrabiles & in efficaces efficiunt vt patet Prou. 28. Qui declinat aurem ſuam, ne audiat legem, oratio ejus fit execrabilis. Item c. 21. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperum, clamabit, & non exaudietur.

Quartò

Quartò, carent virtute guſtativa, non enim guſtant, quam ſuavis ſit Dominus, Pſalm. 34. cuius cauſa eſt, quod laborant febre variorum peccatorum, modo frigent ex timore perdendi, vel favorem, vel honorem, vel amorem, vel cõmodum aliquod mundi; modò calent & inflãmantur ira, vindicta, cupiditate, &c. modò ſudant in delitiis, modò torpent in otio, unde guſtum habent infectum, nec ſapiunt quæ DEI ſunt, de quibus Paulus Coloſſenſibus ſcribit c. 3 *Quæ ſurſum ſunt, ſapite, non quæ ſuper terram.* Quod autem ſpiritualia hæc non ſapiunt, ideo fit, quod putridis carnis voluptatibus delectantur: *quemadmodum enim illis, qui fructus putridos edunt, dulce vinum amarum videtur, quia amaritudo in linguam diffuſa hæret, & magis per vinum diffunditur: ſic qui putridos gulæ fructus edunt, tam corrupto laborant guſtu, ut meritò audiant: nemo virorum iſtorum, qui vocati ſunt, guſtabunt cœnam meam*, Luc. 14. Et ſanè res ſe aliter non habet, quam Bernhardus in Cant. ſerm. 33. ſcribit: *Miniſtri Christi ſunt, & ſerviunt Anti-Chriſto, honorificè incedunt de bonis Domini, qui honorem Domino non deferunt. Inde is, quem quotidie videmus, meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus: inde aurum in frenis, in ſellis, in calcaribus, & plus calcaria, quàm altaria fulgent. Inde menſæ ſplendidæ de ſciphis & cibis. Inde comeſſationes & ebrietates. Inde cythara, lyra, tibia: Inde redundantia torcularia, & promptuaria plena eructantia ex hoc in illud, dolia pigmentaria; inde referta etiam marſupia.*

Eccleſiaſticorũ quorundam luxus.

ſupia. Pro his volunt eſſe, ut ſunt, Eccleſiarum præpoſiti, Decani, Archidiaconi, Epiſcopi & Archiepiſcopi, &c.

Quintò, caret virtute tactiva, deberent duas habere manus, dextram, qua reverenter tractarent Sacramenta, & ſiniſtram, qua prudenter curarent vulnera peccatorum. Prima debet eſſe mundiſſima, ſecunda ſuaviſſima. *Multi volunt ſolummodo curare, ut canes, qui ad menſam divitis epulonis educati, ſola lingua Lazari lingunt ulcera, manu verò nolunt tangere, nulla exercentes opera miſericordiæ.* Hinc Chriſtus Matt. 23. v. 23. *Serpentes, progenies viperarum, quomodo effugere poſſitis condemnationem gehennæ?* Obſervandum autem, quod in principio dicti capitis docet, *In Cathedra Moſis ſedent Scribæ & Phariſæi: Omnia ergo, quæ dixerint vobis, ſervate & facite, ſed ſecundum opera eorum ne facite, dicunt enim, & non faciunt.* Circa An. C. 1301. Robertus Gallus, raræ Virtutis, Doctrinæ & Authoritatis Præſul in Gallia, q Ampliſſimā Prælaturam cum Iacobino Monachatu cōmutavit, ut mundū fugiēs, quietem inveniret, teſtatur c. 5. ſuarum viſionū, ſe cœlitus audiviſſe vocem, qua à Deo interrogabatur, *quis in eius ſedem Idolum poſuerit, ut cuſtodiret gregem ſuam? cum Idolum illud aures habeat, & non audiat clamores & gemitus eorum, q ad inferos deſcendunt, oculos habeat, & non videat abominationes, & peccata populi, & os habeat, & nō loquatur, contentum, quod alios conſtituerit ſuper populum,* &c. & poſtea: *Maledictio ſuper Idolum, male-*

Canes epulonis Luc. 16.

Digitized by Google

maledictio ſuper eum,qui poſuit Idolū. Liber excuſus eſt Pariſijs cum opuſculis de S. Hildegarde.

DISSERTATIO XVI.

De iis, quorum aſpectu humani oculi delectantur & reficiuntur.

Notus eſt vetus ille verſiculus:

Fons, ſpeculum, gramen, dant oculis alleviamen.

ANimadvertimus enim oculos noſtros tribus hiſce unicè delectari & refici? Fōtium videlicet limpiditate, Florum viriditate, & Speculorum claritate.

Sic ſaniores animæ oculi (*Oculis enim agris,* ut Auguſtinus ait, *odioſa eſt lux, quæ ſanis eſt amabilis,* unde nec ſpecula inſpicere ſufficiunt) in contemplatione Chriſti tanquam pulcherrimi fontis, floris ac ſpeculi unicè delectantur, recreantur & confirmantur.

Chriſtus igitur primò eſt Fons Salutis, Sapientiæ & Gratiæ, à quo emanat, quicquid bonitatis exiſtit in cœlis & in terra, quemadmodū ex fonte ꝓfluit, quicquid invenitur in rivo. Et quēadmodum dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquæ, ita longè dulcior & gratior eſt delectatio in Chriſto, quam in ulla eius creatura: Dulcedo enim fontis eſt ſecundum qualitatem terræ, ex qua manat, ut videmus in terris ſulphureis, marinis, & cætera. Vnde mirandum, quod adhuc hodiè inter eos, qui ſe Chriſtianos jactant tam multi reperiuntur, de quibus Dñs cōqueritur, Ier. 2. *Me dereliquerunt fontē aquæ vi-* *Chriſtus quare dicatur fons.*

ve.

ræ. Quemadmodum etiam in fonte deprehenditur cōmunitas tam copioſa, ut omnibus creaturis communis, Iumentis & hominibus, pauperibus & divitibus: ſic Chriſtus eſt fons ille Paradiſi, de quo Gen. 2. dixit: *Fons deſcendebat de terra, irrigans ſuperficiem terræ univerſæ.*

Chriſtus florum pulcherrimus. Secundò, Chriſtus eſt flos ille pulcherrim⁹, qui Salamonis magnificentiam ſolus ſuperavit, & in Cant. c. 2. dixit: Ego flos campi. Meritò autem flos campi vocatur. Vt enim flos campi omnibus eſt expoſitus, nec quiſquam ab eius odore & nitore arcetur, cum flos horti ſit clauſus, & nō cuiuis aſpiciendus: Sic Chriſtus nulli eſt clauſus, ſed poſſunt ad ipſum accedere omnes populi & homines, & odore eius miſericordiæ, & virore eius gratiæ uti ac frui, juxta illud Eccleſ. 24. *Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me,* &c. Et Matth. 11. *Venite ad me omnes, qui fatigati eſtis & onerati, & ego faciam ut requieſcatis.*

Chriſtus ſpeculum politiſſimum. Tertiò, Chriſtus eſt ſpeculum politiſſimum, ſine ulla macula, nam *non peccavit, nec inventus eſt dolus in ore ipſius,* 1. Pet. c. 2. Vnde Centurio etiam crucifixo teſtimonium perhibet: *Verè filius Dei eſt iſte,* Matth. 26. Speculum iſtud fuit planum, planè & perſpicuè docendo, ut Scribæ & Phariſæi ipſemet teſtabantur, dicentes, quod ſit Magiſter, & viam veritatis & juſtitiæ rectè eum docere, loqui potenter, nec eſſe hominem qui loquatur ut ille. Speculum etiam hoc fuit concavum, humiliter moriendo. *Ecce, Agnus Dei,*

Dei, qui tollit peccata mundi, Iohan.1. Eſai. 53. & Iohan. 19. *Cùm Ieſus accepiſſet acetum, dixit*: *Cōſummatum eſt; & inclinato capite tradidit ſpiritum.* Fuit inſuper ſpeculum convexum potenter reſurgendo, ut qui opere præſtitit, quod promiſſum erat primis parentibus, *ſemen mulieris cōnteret caput ſerpentis*, & facto implevit, quod minatus erat: *Ero mors tua, ô mors, ero morſus tuus inferne.* Maioribus n. viribus inferni portas evulſit & transportavit, quā olim Samſon portas civitatis Gazæ, ut legimus Iudic. c.10.

DISSERTATIO XVII.

De Elephante, & quid per illum ſignificetur.

SI Elephas hominem errantem in ſolitudine ſibi obuiam viderit, aliquantulum de via ſe ſubtrahit, ne ipſum terreat, deinde paulatim ipſum præcedens, viam ei oſtendit: ſi verò Draco ei occurrerit pro homine defendendo cum eo pugnat, & ſe viriliter ei opponit, & hoc potiſſimum dum catulos alit, timet enim ne homo illos quærat.

Magnitudo Elephantis, ſani miniſterii denotat dignitatem, quæ meritò omnibus piis magnifacienda eſt, ut ſuo loco dicetur.

Manſuetudo verò erga errantem, figura eſt officii, quo omnes Eccleſiaſtici fungi debent, errantes videlicet in ſolitudine hui⁹ mundi ex Chri-

Digitized by Google

Chriſtiana fraternitate admonere, ſana doctrina & honeſta vita ipſis præire, & periclitantes in viam ſalutis revocare. *Error enim, cui non reſiſtitur*, ut ait diſtinct. 83. c. error, *approbatur, & veritas, cum minimè defenſatur, opprimitur.*

Miniſtrorum officium

Eſt etiam Elephas animal placidiſſimum, benigniſſimum, caſtiſſimum. Sic in Miniſtris, Spiritus benignitatis & caſtitatis reſidere debet. Et quemadmodum Elephantibus imponuntur turres & propugnacula: ſic Miniſtris committuntur animarum curæ, & ut illi exercitum præcedunt, hoſtemque terrent: ſic iſti auditores ad bonum incitare, & impios à malo abſterrere debent.

Quemadmodum autem hoſtis Elephantes æneis ſtatuis igne plenis, perterrefacere & repellere conatur: ſic generis humani juratus ille hoſtis, per proceres & potentes huius mundi, fideles Eccleſiarum Miniſtros, ſtrepitu ſuperbię, igne potentię, irę & vindictę perterrefacere ſemper conſuevit. Quando autem huiusmodi Miniſtrorũ Ariſtarchi & oſores nihil aliud, q̃ ſtatuę ſunt, quę nihil niſi exteriorem hominis habent formam, anima, ratione & earum facultatibus carentes, dicamus cum Hieron. Quid dives, & mortali aura pectus aliud eſt, quam quoddam omnium peccatorum vas putridum, ubi ſuperbia, ibi luxuria, ibi avaritia, &c.

Mundi conatus

Ignitæ huiusmodi ſtatuæ Eccleſiaſticos Elephãtes nõ poſſunt ꝑterrefacere aut ꝓrſus in fugam vertere, ſaltem ipſorum ꝓboſcidas adure-

re ſa-

re ſatagunt, ne corripere aut corrigere alios pergant, dicentes: *Ne videatis, ne perſpiciatis nobis recta, ſed loquimini nobis blanda, videte illuſiones,* Eſa.30.v.10. Sed audiendus & Iehova, qui per Ieremiam in Thren.c.2.v.14. huiusmodi ignitas ſtatuas ita alloquitur: *Prophetæ tui viderunt tibi vanum, & non apparuerunt iniquitatem tuam, ut converterent averſionem tuam: viderunt tibi inquam, Prophetias vanas, & expulſiones.*

DISSERTATIO XVIII.

De Hominibus, qui variis feris, utpote Leonibus, Tygribus, Cervis, Hyenis, Struthionibus, Draconibus & Leporibus comparantur.

LEONES *ſaturati* integro triduo & ulterius cibo carere ſolent, & ſi quando illis fugiendum eſt, cibos ad fauces reijciunt, illosque unguibus extrahũt, ne ſatietate gravati impediantur, & cupiantur. *His plurimi ex Magnatibus, & alijs mundanis ſimiles ſunt, qui ad maximum ſemel in menſe cibo verbi Dei ſaturati, interdum aliquot ſeptimanis ſalutari hoc cibo carere ſolent*: non intelligentes, q̃ Sapiens inculcat Prov.8. *Beat⁹ homo, q̃ audit me, & vigilat ad fores meas quotidie*; ubi per fores intelligũtur Evangelii præcones, per quos venitur ad Chriſtum, nec affecti ſunt, ut David fuit, q̃ animi ſui vota ita explicat, Pſ. 119.v.14. *In via teſtimoniorũ tuorũ gavis⁹ ſum, ut in omni-* *Leonum natura.*

omnibus divitijs, & v. 33. *Doce me Iehova viam ſtatutorum tuorum, & cuſtodiam illam toto corde. Deduc me per ſemitam mandatorum tuorum, quia in ea eſt beneplacitum tuum. Inclina cor meum ad teſtimonia tua, & non ad avaritiam. Averte oculos meos, ne videant vanitatem. In via tua vivifica me. Confirma ſervo tuo eloquium tuum; qui timori tuo adhæret*, & poſtea v. 97. *Quàm diligo Legē tuam? omni die eſt meditatio tua.* Item v. 103. *Quàm dulcia ſunt palato meo eloquia tua; præ melle ori meo.* Et v. 162: *Gaudio ſuper eloquio tuo, ſicut qui invenit ſpolia multa. Septies in die laudo te ſuper judicia juſtitiæ tuæ.*

Contemptores Verbi Dei.

Audiant igitur ſaturi iſti Leones; qui tam diu à cibo hoc cœleſti abſtinere conſueverunt; quod Dominus loquitur Deut. 17. v. 18. *Quum ſederit*, (Rex videl. & quilibet Magiſtratus, qui alios regit) *ſolium regni ſui, ſcribet ſibi iterum Legem hanc in libro à conſpectu Sacerdotum; Levitarum: Eritq́ apud illum, & leget in eo omnibus diebus vitæ ſuæ, ut diſcat timere Iehovam Deum ſuum, ut cuſtodiat omnia verba legis huius, & ſtatuta hæc, ut faciat illa. Ne elevetur cor eius ſupra fratres ipſius, neq́ declinet à præcepto ad dextram, aut ad ſiniſtram, ut prolonget dies in regno ſuo, ipſi & filij eius in medio Iſraëlis.*

Audiant, qui ſapientes ſibi videntur, quid dicat ipſa Sapientia c. 6. v. 1. 2. &c. *Audite Reges & attendite, & diſcite Iudices finium terræ. Aures præbete moderatores populi, quiq́ nationum multitudine gloriamini: Quoniam à Domino vobis dominatio*

natio data eſt, & poteſtas ab altiſſimo, qui in opera inquiret veſtra, & conſilia perſcrutabitur. Quoniam cum eſſetis miniſtri regni eius non rectè judicaſtis, neque legem conſervaſtis, nec conſilium Dei eſtis ſecuti. Horribiliter ſuperveniet vobis & repente, quoniam judicium in proceres ſeveriſſimum exercebitur: Nam infirmi digni ſunt miſericordia: in potentes verò inquiretur acriter, &c. vide cap. 19. Chron. lib. 2. v. 6. & 7.

Tygrides quidem à nemine in curſu ſuperantur, ſed ſpeculis & ſimilibus capiuntur, ut fuſius docuimus in diſſertatione 14. *His comparantur quædam mulieres, quæ licet in mundanis actionibus ſint expeditæ, tamen in negotio ſalutis animarum ſunt pigerrimæ, quibus infernalis venator etiam ſpecula objicit, quibus in via ad conciones, & preces publicas impediuntur, antequam enim ſeſe exornent, in ſpeculis omnia lineamenta, imò pilos, & ſi quid minutius eſt contemplantur, pepla colligent & collocent, faciem colorent, abluant, rugas cõtegant, & neſcio quid expediant, verbum Dei negligitur, & tempus otiosè imò impiè perditur.* Sapiens huiusmodi mulieribus inculcat, quid ipſis ſit expectandum, dicens c. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & punietur. *Mulieres mundanæ.*

Mirum autem non eſt, quod pleræque mulieres huiusmodi ſpeculis capiuntur, quoniam ea illarum natura eſt, at nulla ſit tam turpis aut ſenio confecta, quæ non gaudeat & libenter audiat, ſi dicatur eſſe pulchra. Delectant caſtas etiam præconia formæ. Hieron. in epiſt.

Cervi tantæ ſunt ſimplicitatis, ut quamlibet mirentur novitatem, adeo ut equos & bubulos tanto cum ſtupore reſpiciant & admirantur, ut venatorem ferientem non obſervent. *His comparantur omnes illi auditores, quem, ſermonis novitatem quamlibet mirantur, & fabulis plus quam ſcripturis delectãtur*: ſicut Spiritus Sanctus prædixit in epiſt.2.ad Timoth.c.4. *Erit in noviſſimis diebus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros* (ſcilicet loquentes tamquã placentia) *prurientes auribus, & à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas convertentur.*

Inconſiderati concionatores

Cavendum igitur, ne populo Grammaticorum argutiæ, aut Iudæorum deliria, vel Ethnicorum fabulæ in Eccleſia proponantur. Fugiendum quoque eſt arrogans & ineptum illorum concionandi genus, qui Latinè, Græcè & Hebraicè ſententias quaſdam proferunt.

Hyænæ noctu domos circumeunt, & mira aſtutia humanas voces fingunt, teſte Iſidoro, ut quis doli neſcius homines illos crederet, & ut Bartholomæus lib.12. Proprietatum refert, domos intrant, ut homines deludant, invadunt canes, eosque devorant: ſepulchra etiam effodiunt, & corpora comedunt.

Impij & ſacrilegi auditores.

His comparantur, qui ſub ſpecie devotorum & piorum hominum ſacras accedunt conciones, in illis autem aliud nec meditantur nec moliantur, quam ut verbi miniſtros perſtringant, & varijs excogitatis mendacijs illorum, famam dilacerent. Et quia fideles con-

les concionatores ſunt canes latrantes, qui in Dñi domo vigilant, & fures, latrones atq; ſimiles clamore pdunt, ſalutis domeſticæ unicè ſtudioſi; illos, huiusmodi impij auditores invadũt omni genere injuriarum, & moleſtiarũ, ut dona Dei in ipſis, vel p Triſtitiam, vel p Iram, vel Impatientiam & Infirmitaté extinguant. Effodiũt ſepulchra, q̃ violare & aperire, extrema coram Deo & hominib⁹ abominatio eſt, dum revelãt, q̃ ſanctiſſimo cũ ſilentio abſcondi merẽtur; extrahunt cadavera putrida & fœtida, bonã famã fœtidis cõtumelijs conſpurcant & exſecrandã pſtituunt. *Deus autẽ, q injurias & cõtumelias, qb⁹ eius miniſtri afficiuntur, in ſe recipit huiusmodi impios auditores & falſos fratres, horrendis affligit pœnis, & ipſo opere teſtatur, q pupilla oculi eius tangatur, quando chariſſimi eius uncti affliguntur.*

Huiusmodi Hyęnę fuerunt aſſentatores aulici Regum Iuda & Iſraël: Inprimis falſi Prophetæ, & inter illos Amazia, q Amos Prophetã apud Ierob. calũnioſè detulit, Amos.7. v.10.

Huiusmodi Hyænæ fuerunt Iudęi, Luc.23.v. 1. q de Chriſto Pilato dixerunt: *Comperimus iſtũ pervertere gentem, & vetare tributa dare Cæſari, dicendo ſe Chriſtum Regem eſſe.* Item: *Concitat populum, docens per univerſam Iudæam, exorſus à Gallilæa hucusq;.* Cum tamen perfidi & mendaces hi Iudæi admirati ſint Chriſti pijſſimum reſponſum, q interrogantibus, vel potius tentantib⁹, utrum liceat cenſum dare Cęſari nec ne? dedit; *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & q̃ Dei ſunt, Deo.*

Calumniatorum S. Miniſterii præmia

Huiusmodi Hyena fuit, qui olim à Dæmone fuit correptus & propriis dentibus diſcerptus, cum Amandum traiecti Epiſcopum iis, de quibus hic agimus, affeciſſet iniuriis, ut refert Vincen. in Spec. hiſt. Huiusmodi fuit Simon de Tornaco, qui in reprobum ſenſum deiect⁹ miſerè periit. *Meritò enim Deus ÿs ſuum ſubtrahit Spiritum, qui illum triſtitia afficiunt:*

Struthiones valdè ſunt obliviosæ, & licet pēnis valeant lōgè elegantiſſimis, & maximis tñ volare non ſufficiunt, Gregor. ſup. Iob. c. 29. refert. Struthiones ova parere, ſed cum cōſpexerint Pleiades, illa in effoſa arena occultare. Cū autē diſceſſerit, non recordatur loci, in quo abſconderit, ſed illa fervore Solis in arena calefacta decoquuntur, & pullos producunt, qui à matre tandem colliguntur & nutriuntur.

Per Struthiones intelliges, *illos auditores, qui verbi divini tàm citò & perdite obliviſcuntur, ut nequeant meminiſſe quid in illo dictum, & ſignificatum fuerit.* Hinc Iacob. cap. 1. *Eſtote actores ſermonis, nec eſtote auditores ſolum, falsò ratiocinando, fallentes vosmetipſos. Nam ſi quis audit ſermonem, & non præſtat, is ſimilis eſt viro conſideranti faciem ſuam nativam in ſpeculo: Nam ſimul atque conſideravit ſeipſum, abit, & ſtatim oblitus eſt qualis eſſet.*

Ova denotant ſpem, hanc multi abiiciunt, dum conſpiciunt Pleiades, h. e. audiunt verbi miniſtros, dum videlicet ex ipſorum cōcionib⁹ non ædificantur. Occultant ova in arena, ſpem

perdunt,

perdunt, in rebus inſtabilius hujus mundi. Quoniam autem Dominus dixit Eſa. 55. v. 10. *Certè quemadmodum deſcendit imber & nix de cœlo, & illuc non revertitur, ſed inebriat terram, & gignere facit eam, ac geminare eam facit, & dabit ſemen ſerenti, & panem comedenti: ſic erit verbum meum quod egreditur de ore meo, non revertetur ad me vacuum, ſed facit quod volo, & proſperatur in his ad quæ miſi eum.* Verus Sol Iuſtitiæ Chriſtus producit tandem pullos efficacia ſui ſpiritus in animis eorum, qui verbum ejus audiverunt.

Dracones tanto perſequuntur Pantheram odio, vt licet omnia animalia ejus conſpectu & præſentia delectentur, illam ſolus fugiat & averſetur.

Per Dracones intellige, *Sapientes hujus mundi, qui ſimplices verbi miniſtros contemnunt & accedere dedignantur.*

Deinde per Dracones intellige potatores & ebrietati deditos, qui in tabernis deliteſcunt. Draco enim ſerpens eſt valdè ſitibundus in antris ſordidis deliteſcens.

Non modo hi, ſed & illi graviſſimè peccant, qui ipſis contubernia & ſubſidia ſubminiſtrant, vt de illo hoſpite legimus, quem Dæmones in aërem deportarunt, & mortuum in terram præcipitarunt.

Peccant etiam Magiſtratus & Paſtores, qui hujuſmodi impijs connivent, timore alicujus moleſtiæ, quam ab ipſis expectare videntur. Vnde Auguſt. *Si ea, de quibus vehementer oſtenditur in-*

tur inſequi vel ulciſci differimus, ad iraſcendum utique divinitatis patientiam provocamus. Et Hieron. *Vno peccante, ira Dei ſupra omnem populum venit.* De Achan legimus, Ioſ. 7. & ſubdit Hieron. *Hoc accidit, quando Sacerdotes qui populo præſunt, erga delinquentes benevoli videri volunt, & verentes peccantium linguas, ne forte male de eis loquantur, ſacerdotalis ſeveritatis immemores, volunt complere, quod ſcriptum eſt: Peccantem coram omnibus argue, ut & reliqui timeant.* Vbi Oecumenius addit: *Maxima diligentia quærito, at ubi inveneris, vehementi acrimonia corripe, iſtuc enim eſt argue. Coram omnibus autem, ut cæteri modeſti ſint.* Idem enim Deus fecit in Pharaonem & in Nabuchodonoſor. Contra delicatas illas auriculas, quæ non niſi generalia audire volunt, de quibus Domin⁹ conqueritur, quod à ſuo ſpiritu argui nolint. Geneſ. 6. *Perpendant ergo paſtores, quod ipſis Dominus per* Ezech. 3. c. *Tanta cum ſeveritate inculcat, dicens: Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſraël: audies igitur de ore meo verbum; & admonebis eos nomine meo. Cum dixero ego impio, moriendo morieris, & non admonueris eum, nec locutus fueris, ut caveat impius, ut recedat à via ſua impia, ut vivat: ipſe impius in impietate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram.*

Quomodo ſe Miniſtri Verbi gerere debeāt.

Lepores veloces quidem ſunt, & acutiſſimi auditus, ſed nimium meticuloſi, interim tamē hoc boni habent, ut ſint fœcundiſſimi, adeò ut uno liberati fœtu, alio fiant gravidi.

His comparantur Auditores verbi diligentes, devoti,

voti, qui ea quæ cum attentione religioſa audiunt, conſervant cum pietate fructuoſa, ut qui bonis operibus fidem ſuam vivam teſtentur. *Boni auditores.*

Nullo concionum, licet prolixarum, tædio afficiuntur, ubi ſe culpabiles animadvertunt, ſeria ducti pœnitentia, remiſſionem à Deo ſupplices petunt, vitam corrigunt, & ad voluntatem divinam omnes ſuas cogitationes & actiones dirigunt, imitantes Publicanos & peccatores, qui Chriſtũ Dñm ſecuti, nulla re magis, q̃ ſalvivico eius Evangelio delectabantur, de his loquitur Pſal. 1. *Animus eorum in lege Iehovæ, in lege eius meditantur die ac nocte.* Affecti ſunt, ut olim Maria, de qua Dominus ad ſororem eius Martham dicit: *Martha, Martha, ſolicita es, & ſatagis de multis. Atqui una re opus eſt. Maria verò bonam partẽ elegit, quæ non aufferretur ab ea,* Luc. 10. Super quæ verba Theophilactus ita ſcribit: Intellige quoq; per Martham virtutem practicam, per Mariam contemplationem. Practice enim diſtractiones, & turbationes fert, Contemplatio verò Domina fit affectuum, Maria enim Domina interpretatur, ac in ſola divinorum eloquiorum, & judiciorum cõtemplatione occupata eſt.

Quod autem fideles verbo Dei tantopere delectantur, ideo fit, quod illo mirificè ædificantur, & ad omne bonum confirmantur. Habet n. *vim triplicem,* videl. *conterendi,* juxta illud Hieremiæ 23. *Nonne verba mea, quaſi ignis ardens, & quaſi malleus conterens petram?* unde contritioné Magdal. Luc. 7. & Cornel. Act. 10. *Verbi Dei triplex vis*

Secundò habet vim ſanandi, quandoquidem anima in peccatis contabeſcit, hinc Pſalm. 107. *Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos.*

Tertiò, habet vim *vivificandi*, quia ſuſcitat ad vitam gratiæ. Vnde Bernardus, peccatores ita alloquitur: *Si mortuus fueris in peccatis, vives, ſi vocem Dei vivi audieris.*

Et Chriſtus longè efficacius & ſuavius, Iohan. 5. *Venit hora, quando mortui* (ſcilicet in peccatis) *audient vocem filij Dei, & qui audierint, vivent.* Omnes enim in peccato ſumus mortui, nec alia ratione vivificari poſſumus, quam CHRISTI ſermone per Chriſtum apprehenſo.

DISSERTATIO XIX.

De Pueris, qui Prophetam Eliſæum irridentes, dilacerantur ab urſis, 4. Reg. c. 2. v. 44. &c.

EX notiſſima hac hiſtoria permulti Patres elegantem colligunt Allegoriam, & inter alios Auguſtinus de mirabilibus Sacræ Scripturæ, quamvis liber ille nonnullorum opinione non illi adſcribatur.

Sed quidquid hac de re ſentiendum ſit, cum ipſe, tum alij Chriſtum exprimi hoc loco arbitrantur, quod & ipſe à Iudæis puerili quadam non ſtultitia modò, ſed & deſtinata nequitia fuerit impeditus. Quandoquidem n. in veteri Teſtamento CHRISTUS Meſſias, populo ſubinde

inde inculcabatur, non contentus Spiritus Sanctus typis Leviticis, & verbo Prophetarum, ipſas quoq; actiones & hiſtorias ita formavit, vt in illis deſiderantibus Humani generis Salvator conſpiceretur, vt inter alia quamplurima in Hiskia Rege videmus, cui promiſſio facta & præſtita, tertio die de lecto à læthali morbo reſurgendi, & in templum Iehovæ aſcendendi, vt legimus Eſaiæ 38. & 4. Reg. 20.

Quemadmodum autem peſſimi hi pueri clamabant: *Aſcende Calue Aſcende Calue:* Ita illi adverſum Chriſtum, Prophetarum optimum maximum clamabant: *Crucifige, crucifige:* hoc eſt. *Calvariæ montem aſcende, Crucem aſcende.* Quin etiam deſcenſſum ei exprobabant dicendo: *Deſcende nunc de cruce. Salvos alios fecit, & ſeipſum ſalvum facere non poteſt.*

Duas verò Vrſas, quæ contra Chriſtum ſævientes Iudæos perdiderint, Titum ac Veſpaſianum, Romanos Imperatores, Ethnicos & impuras beſtias intelligunt, à quibus populus Iudæus eſt caſtigatus eſt everſus.

Numerus quoque eorum, qui ab Vrſis his duabus dilacerati, nequitiæ & irriſionis meritas pœnas dederunt, cum eis facere videtur, ſi ad numerum annorum, qui inter Chriſti crucifixionem & Iudeæ everſionem elapſi ſunt, applicetur. Qudrageſimo quippe ſecundo anno à Chriſti crucifixione, vrbs Hieroſolymorum eſt everſa, & Iudæorum natio, alias per vniverſum terrarum orbem diſperſa, inſtar puerorum

 illo-

Secundò habet vim ſanandi, quandoquidem anima in peccatis contabeſcit, hinc Pſalm. 107. *Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos.*

Tertiò, habet vim *vivificandi*, quia ſuſcitat ad vitam gratiæ. Vnde Bernardus, peccatores ita alloquitur: *Si mortuus fueris in peccatis, vives, ſi vocem Dei vivi audieris.*

Et Chriſtus longè efficacius & ſuavius, Iohan. 5. *Venit hora, quando mortui* (ſcilicet in peccatis) *audient vocem filij Dei, & qui audierint, vivent.* Omnes enim in peccato ſumus mortui, nec alia ratione vivificari poſſumus, quam CHRISTI ſermone per Chriſtum apprehenſo,

DISSERTATIO XIX.

De Pueris, qui Prophetam Eliſæum irridentes, dilacerantur ab urſis, 4. Reg. c. 2. v. 44. &c.

EX notiſſima hac hiſtoria permulti Patres elegantem colligunt Allegoriam, & inter alios Auguſtinus de mirabilibus Sacræ Scripturæ, quamvis liber ille nonnullorum opinione non illi adſcribatur.

Sed quidquid hac de re ſentiendum ſit, cum ipſe, tum alij Chriſtum exprimi hoc loco arbitrantur, quod & ipſe à Iudæis puerili quadam non ſtultitia modò, ſed & deſtinata nequitia fuerit impeditus. Quandoquidem n. in veteri Teſtamento CHRISTUS Meſſias, populo ſubinde

inde inculcabatur, non contentus Spiritus Sanctus typis Leviticis, & verbo Prophetarum, ipſas quoq; actiones & hiſtorias ita formavit, vt in illis deſiderantibus Humani generis Salvator conſpiceretur, vt inter alia quamplurima in Hiskia Rege videmus, cui promiſſio facta & præſtita, tertio die de lecto à læthali morbo reſurgendi, & in templum Iehovæ aſcendendi, vt legimus Eſaiæ 38. & 4. Reg. 20.

Quemadmodum autem peſſimi hi pueri clamabant: *Aſcende Calue Aſcende Calue:* Ita illi adverſum Chriſtum, Prophetarum optimum maximum clamabant: *Crucifige, crucifige:* hoc eſt. *Calvariæ montem àſcende, Crucem aſcende.* Quin etiam deſcenſſum ei exprobabant dicendo: *Deſcende nunc de cruce. Salvos alios fecit, & ſeipſum ſalvum facere non poteſt.*

Duas verò Vrſas, quæ contra Chriſtum-ſævientes Iudæos perdiderint, Titum ac Veſpaſianum, Romanos Imperatores, Ethnicos & impuras beſtias intelligunt, à quibus populus Iudæus eſt caſtigatus eſt everſus.

Numerus quoque eorum, qui ab Vrſis his duabus dilacerati, nequitiæ & irriſionis meritas pœnas dederunt, cum eis facere videtur, ſi ad numerum annorum, qui inter Chriſti crucifixionem & Iudeæ everſionem elapſi ſunt, applicetur. Qudrageſimo quippe ſecundo anno à Chriſti crucifixione, vrbs Hieroſolymorum eſt everſa, & Iudæorum natio, alias per vniverſum terrarum orbem diſperſa, inſtar puerorum

 illo-

illorum perijt. Et ſanè quàm plurimi ex Iudæis ab ipſiſmet Vrſis diverſis in vrbib' & provincijs, præſertim Ceſareæ & Romæ in theatris, Amphitheatris, Circis & alijs locis miſerè dilacerati fuerunt. Vnde etiam Romæ Coliſæum videmus, quod Titi Amphitheatrum fuit cujus conſecrationem Iudæi ſanguine ſuo, ex Paleſtina Romam deducti, inaugurarunt.

Et vt Eliſæus poſtea in montem Carmelum conceſſit ubi Elias, ejus præceptor antea divertebatur. Sic Chriſtus Dominus excelſa cœlorum aſcendit ad Patrem ſuum, cumque vivit & regnat in omnia ſecula cui ſit honor, poteſtas & gloria in ſempiternum. Amen.

Vt autem hiſtoriam hanc nobis quoque applicemus, conſideremus quam egregiè petulantiſſimorum horum puerorum ſtudium, adverſarijs noſtris conveniat. Vt enim pueri hi Bethulenſes in idololatria enutriti, conviciabantur Eliſæo, vero & fideli ſervo Dei: ſic adverſarij Evangelij, hodie Eccleſiarum noſtrarum pijs hominibus, præſertim autem fidelibus Verbi miniſtris illudunt. Sed nobis non parum gratulari poſſumus, quod ſicut Eliſæo juſta crimina, & vera peccata non poterant exprobare, nil niſi ſolum calvitium ineptè obijcientes: ita & noſtris paſtoribus, quos prophetarum loco Chriſtus ſuis dedit fidelibus, qui ſerio muneri ſuo incumbunt adverſarij nequeunt enormia & gravia peccata aut ſcelera obijcere, ſed tantum lævicula quædam,

Quid plerunque Paſtoribus Obijciatur.

ne ri-

ne ridicula dicam, opponunt. Obijciunt nobis quod in ſacris vtamur profanis veſtibus, & communi vſu non induamur graviori habitu. Fatemur ſane Chriſtum nos imitari & Apoſtolos, qui non ſunt uſi diverſo habitu à reliquis hominibus. Diligentius modò aſpiciant Sanctorum reliquias non Apoſtolorum tantum pallia, Martyrum, qui plerique Epiſcopi, Diaconi & Paſtores fuerunt, veſtes, imo Chriſti Salvatoris veri illius ſummi pontificis tunicam, quam penes ſe habere teſtantur, videbunt omnes illas veſtes eſſe ſimplices, communes & vulgares, ab alijs nullo modo differentes, quibus populus uti ſolet.

Chriſtus jam cœlum aſcenſurus, dum Apoſtolica officia inſtituit de Veſtitu nihil injunxit, vt qui Apoſtolos ita allocutus ſit. Matth. & Marc. ultimo. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, profecti ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spirituss Sancti. Docentes eos ſervare omnia quæ mandavi vobis.* Quando igitur Apoſtoli uſque ad illud tempus, quo Chriſtus hæc dixit, communi utebantur veſtitu cum univerſo populo Iudaico, nec ipſis injunxit, ut veſtes mutarent, communi modo honeſto & decenti Paſtores Eccleſiarum veſtitu bona cum conſcientia uti poterunt.

Qualis Eccleſiaſticorū Veſtitus.

Divus Matth. Veſtitum Joan. Baptiſtæ Chriſti præcurſoris & primarii verbi miniſtri deſcribens, dicit c.3.v.4. *Ipſe verò Ioannes habebat veſti-*

mentum

ſtimentum ſuum è pilis camelinis, & zonam coriaceam circum lumbos ſuos. Ad quæ verba Theophilactus ſcribit: *Ad pœnitentiam hortabatur etjam ipſo habitu, lugubrem enim gerebat veſtem. Dicunt autem Camelum medium eſſe inter munda & immunda animalia, nam quia ruminat mundum eſt, quia autem vngulas non dividit eſt immundum. Ioannes autem quoniam ad Deum adducebat populum Iudaicum qui videbatur mundus eſſe, & gentilem qui immundus, eratq; mediator veteris & novi Teſtamenti, idcirco ferebat pilos camelorum: de Zona autem annotat: Omnes ſancti introducuntur cincti, veluti ſemper in opere exiſtentes: negligentes autem & delicati non cinguntur.*

Ioan. Baptiſt. veſtitus.

Paul. Apoſt. veſtitus

Paulum quoque Gentium illum Apoſtolum communi veſtitu vſum fuiſſe, ipſemet ſatis teſtatur 2. ad Timoth. cap. 4. verſ. 13. vbi ita loquitur: *Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, adfer cum venies, & libros maximè membranas:* verba quibus vtitur ſunt τόν φελόνην ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ. Conſtat autē quod vox φέλόνης vel potius φενόλης (Sic enim ex optimis codicibus ſcribendum eſt, nam librariorum incuria & inſcitia ſcripſit φελόνην) *ſignificat tunicam, eamq; communem & vulgarem, qua veteres vtebantur.* Et Suidas ait φενόλης Ῥωμαικὴ ςολή.

Oecumenius ad hunc locum annotat. *Veſtem aliquam memorat in hoc loco, hanc verò quærit, vt nullo indigeat, vbiq; enim de hac re multum loquitur.* & poſtea. *Penulam quærit ne hanc ab alijs accipere cogeretur.*

Chryſo-

Chryſoſtomus etiam teſta. XXI.
Martyrem Babilam Antiochiæ
nullis aliis quam communibus veſtibus eſſe ...ndæ fue-
manſit communis hic veſtitus in Eccleſ...
que ad tempora Gregorij Magni, qui Epiſcopo
& ſimiles, varijs & novis veſtibus ornari voluit.

Rabanus Maurus autem negare non potuit, *veſtium harum ſplendorem & magnificentiam à Iudæis & Ethnicis mutuatam eſſe.*

De ſumptuoſa Sacerdotum veſtitu leges varia apud Strabonem lib.12. Herodian. li. 5. Diodoro Siculo lib. 6. Item variis in locis apud Apuleum, Plutarchum. Virgilium. Feſtum, Servium & alios qui tibi, ſuorum veterum ſacerdotum veſtes & ornatus, tam graphicè deſcribunt, imò ad vivum ſuis depingunt coloribus, vt in illis conſpicias quod hodie Romæ & alibi miraris.

Antequam verò hanc concludamus Diſſertationem, perpendamus paucis, cur Heliſæus pueros hos execratus ſit.

Heliſæus igitur cum præter meritum convitijs ſic impeteretur retro aſpexit, & pueros illos non tam corporalibus oculis, quam *Probetica mente vidit, eoſq; intellexit non facturos ibi finem peccandi, ſed indies futuros deteriores, ideo eos eſt execratus vt diſperirent, quo peccatis eorum citò modus fieret* Deinde voluit, *vt per mortem illorum, ſceleſti parentes multarentur, vtq; ipſorum interitu & exemplo alij quoq; moverentur, vt prophetiæ ac* *Heliſæus cur pueris maledixit.*

ſacro

tur inſequi vel ulciſci differimus, ad iraſcendum utique divinitatis patientiam provocamus. Et Hieron. *Vno peccante, ira Dei ſupra omnem populum venit.* De Achan legimus, Ioſ. 7. & ſubdit Hieron. *Hoc accidit, quando Sacerdotes qui populo præſunt, erga delinquentes benevoli videri volunt, & verentes peccantium linguas, ne fortè male de eis loquantur, ſacerdotalis ſeveritatis immemores, volunt complere, quod ſcriptum eſt: Peccantem coram omnibus argue, ut & reliqui timeant.* Vbi Oecumenius addit: *Maxima diligentia quærito, at ubi inveneris, vehementi acrimonia corripe, iſtuc enim eſt argue. Coram omnibus autem, ut cæteri modeſti ſint.* Idem enim Deus fecit in Pharaonem & in Nabuchodonoſor. Contra delicatas illas auriculas, quæ non niſi generalia audire volunt, de quibus Domin⁹ conqueritur, quod à ſuo ſpiritu argui nolint. Geneſ. 6. *Perpendant ergo paſtores, quod ipſis Dominus per Ezech. 3. c. Tanta cum ſeveritate inculcat, dicens: Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: audies igitur de ore meo verbum, & admonebis eos nomine meo. Cum dixero ego impio, moriendo morieris, & non admonueris eum, nec locutus fueris, ut caveat impius, ut recedat à via ſua impia, ut vivat: ipſe impius in impietate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram.*

Quomodo ſe Miniſtri Verbi gerere debeãt.

Lepores veloces quidem ſunt, & acutiſſimi auditus, ſed nimium meticuloſi, interim tamẽ hoc boni habent, ut ſint fœcundiſſimi, adeò ut uno liberati fœtu, alio fiant gravidi.

His comparantur Auditores verbi diligentes, devoti,

voti, qui ea quæ cum attentione religioſa audiunt, conſervant cum pietate fructuoſa, ut qui bonis operibus fidem ſuam vivam teſtentur.

Boni auditores.

Nullo concionum, licet prolixarum, tædio afficiuntur, ubi ſe culpabiles animadvertunt, ſeria ducti pœnitentia, remiſſionem à Deo ſupplices petunt, vitam corrigunt, & ad voluntatem divinam omnes ſuas cogitationes & actiones dirigunt, imitantes Publicanos & peccatores, qui Chriſtũ Dñm ſecuti, nulla re magis, q̃ ſalvivico eius Evangelio delectabantur, de his loquitur Pſal. 1. *Animus eorum in lege Iehovæ, in lege eius meditantur die ac nocte.* Affecti ſunt, ut olim Maria, de qua Dominus ad ſororem eius Martham dicit: *Martha, Martha, ſolicita es, & ſatagis de multis. Atqui una re opus eſt. Maria verò bonam partẽ elegit, quæ non aufferretur ab ea*, Luc. 10. Super quæ verba Theophilactus ita ſcribit: Intellige quoq; per Martham virtutem practicam, per Mariam contemplationem. Practice enim diſtractiones, & turbationes fert, Contemplatio verò Domina fit affectuum, Maria enim Domina interpretatur, ac in ſola divinorum eloquiorum, & judiciorum cõtemplatione occupata eſt.

Quod autem fideles verbo Dei tantopere delectantur, ideo fit, quod illo mirificè ædificantur, & ad omne bonum confirmantur. Habet n. *vim triplicem*, videl. *conterendi*, juxta illud Hieremiæ 23. *Nonne verba mea, quaſi ignis ardens, & quaſi malleus conterens petram?* unde contritioné Magdal. Luc. 7. & Cornel. Act. 10.

Verbi Dei triplex vis

Secundò habet vim ſanandi, quandoquidem anima in peccatis contabeſcit, hinc Pſalm. 107. *Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos.*

Tertiò, habet vim *vivificandi*, quia ſuſcitat ad vitam gratiæ. Vnde Bernardus, peccatores ita alloquitur: *Si mortuus fueris in peccatis, vives, ſi vocem Dei vivi audieris.*

Et Chriſtus longè efficacius & ſuavius, Iohan. 5. *Venit hora, quando mortui* (ſcilicet in peccatis) *audient vocem filij Dei, & qui audierint, vivent.* Omnes enim in peccato ſumus mortui, nec alia ratione vivificari poſſumus, quam CHRISTI ſermone per Chriſtum apprehenſo.

DISSERTATIO XIX.

De Pueris, qui Prophetam Eliſæum irridentes, dilacerantur ab urſis, 4. Reg. c. 2. v. 44. &c.

Ex notiſſima hac hiſtoria permulti Patres elegantem colligunt Allegoriam, & inter alios Auguſtinus de mirabilibus Sacræ Scripturæ, quamvis liber ille nonnullorum opinione non illi adſcribatur.

Sed quidquid hac de re ſentiendum ſit, cum ipſe, tum alij Chriſtum exprimi hoc loco arbitrantur, quod & ipſe à Iudæis puerili quadam non ſtultitia modò, ſed & deſtinata nequitia fuerit impeditus. Quandoquidem n. in veteri Teſtamento CHRISTUS Meſſias, populo ſubinde

inde inculcabatur, non contentus Spiritus Sanctus typis Leviticis, & verbo Prophetarum, ipſas quoq; actiones & hiſtorias ita formavit, vt in illis deſiderantibus Humani generis Salvator conſpiceretur, vt inter alia quamplurima in Hiskia Rege videmus, cui promiſſio facta & præſtita, tertio die de lecto à læthali morbo reſurgendi, & in templum Iehovæ aſcendendi, vt legimus Eſaiæ 38. & 4. Reg. 20.

Quemadmodum autem peſſimi hi pueri clamabant; *Aſcende Calue Aſcende Calue:* Ita illi adverſum Chriſtum, Prophetarum optimum maximum clamabant: *Crucifige, crucifige:* hoc eſt. *Calvariæ montem aſcende, Crucem aſcende.* Quin etiam deſcenſum ei exprobabant dicendo: *Deſcende nunc de cruce. Salvos alios fecit, & ſeipſum ſalvum facere non poteſt.*

Duas verò Vrſas, quæ contra Chriſtum ſævientes Iudæos perdiderint, Titum ac Veſpaſianum, Romanos Imperatores, Ethnicos & impuras beſtias intelligunt, à quibus populus Iudæus eſt caſtigatus eſt everſus.

Numerus quoque eorum, qui ab Vrſis his duabus dilacerati, nequitiæ & irriſionis meritas pœnas dederunt, cum eis facere videtur, ſi ad numerum annorum, qui inter Chriſti crucifixionem & Iudeæ everſionem elapſi ſunt, applicetur. Qudrageſimo quippe ſecundo anno à Chriſti crucifixione, vrbs Hieroſolymorum eſt everſa, & Iudæorum natio, alias per vniverſum terrarum orbem diſperſa, inſtar puerorum

illorum perijt. Et ſanè quàm plurimi ex Iudæis ab ipſiſmet Vrſis diverſis in vrbib' & provincijs, præſertim Ceſareæ & Romæ in theatris, Amphitheatris, Circis & alijs locis miſerè dilacerati fuerunt. Vnde etiam Romæ Coliſæum videmus, quod Titi Amphitheatrum fuit cujus conſecrationem Iudæi ſanguine ſuo, ex Paleſtina Romam deducti, inaugurarunt.

Et vt Eliſæus poſtea in montem Carmelum conceſſit ubi Elias, ejus præceptor antea divertebatur. Sic Chriſtus Dominus excelſa cœlorum aſcendit ad Patrem ſuum, cumque vivit & regnat in omnia ſecula cui ſit honor, poteſtas & gloria in ſempiternum. Amen.

Vt autem hiſtoriam hanc nobis quoque applicemus, conſideremus quam egregiè petulantiſſimorum horum puerorum ſtudium, adverſarijs noſtris conveniat. Vt enim pueri hi Bethulenſes in idololatria enutriti, conviciabantur Eliſæo, vero & fideli ſervo Dei: ſic adverſarij Evangelij, hodie Eccleſiarum noſtrarum pijs hominibus, præſertim autem fidelibus Verbi miniſtris illudunt. Sed nobis non parum gratulari poſſumus, quod ſicut Eliſæo juſta crimina, & vera peccata non poterant exprobare, nil niſi ſolum calvitium ineptè obijcientes: ita & noſtris paſtoribus, quos prophetarum loco Chriſtus ſuis dedit fidelibus, qui ſerio muneri ſuo incumbunt adverſarij nequeunt enormia & gravia peccata aut ſcelera obijcere, ſed tantum lævicula quædam,

Quid plerunque Paſtoribus Obijciatur.

ne ri-

ne ridicula dicam, opponunt. Obijciunt nobis quod in ſacris vtamur profanis veſtibus, & communi vſu non induamur graviori habitu. Fatemur ſane Chriſtum nos imitari & Apoſtolos, qui non ſunt uſi diverſo habitu à reliquis hominibus. Diligentius modò aſpiciant Sanctorum reliquias non Apoſtolorum tantum pallia, Martyrum, qui plerique Epiſcopi, Diaconi & Paſtores fuerunt, veſtes, imo Chriſti Salvatoris veri illius ſummi pontificis tunicam, quam penes ſe habere teſtantur, videbunt omnes illas veſtes eſſe ſimplices, communes & vulgares, ab alijs nullo modo differentes, quibus populus uti ſolet.

Chriſtus jam cœlum aſcenſurus, dum Apoſtolica officia inſtituit de Veſtitu nihil injunxit, vt qui Apoſtolos ita allocutus ſit. Matth. & Marc. ultimo. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, profecti ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spirituss Sancti. Docentes eos ſervare omnia quæ mandavi vobis.* Quando igitur Apoſtoli uſque ad illud tempus, quo Chriſtus hæc dixit, communi utebantur veſtitu cum univerſo populo Iudaico, nec ipſis injunxit, ut veſtes mutarent, communi modo honeſto & decenti Paſtores Eccleſiarum veſtitu bona cum conſcientia uti poterunt.

Qualis Eccleſiaſticorũ Veſtitus.

Divus Matth. Veſtitum Ioan, Baptiſtæ Chriſti præcurſoris & primarii verbi miniſtri deſcribens, dicit c. 3. v. 4. *Ipſe verò Ioannes habebat veſtimentum*

ſtimentum ſuum è pilis camelinis, & zonam coriaceam circum lumbos ſuos. Ad quæ verba Theophilactus ſcribit: *Ad pœnitentiam hortabatur etjam ipſo habitu, lugubrem enim gerebat veſtem. Dicunt autem Camelum medium eſſe inter munda & immunda animalia, nam quia ruminat mundum eſt, quia autem vngulas non dividit eſt immundum. Ioannes autem quoniam ad Deum adducebat populum Iudaicum qui videbatur mundus eſſe, & gentilem qui immundus, eratq; mediator veteris & novi Teſtamenti, idcirco ferebat pilos camelorum: de Zona autem annotat: Omnes ſancti introducuntur cincti, veluti ſemper in opere exiſtentes: negligentes autem & delicati non cinguntur.*

Ioan. Baptiſt. Veſtitus.

Paul. Apoſt. Veſtitus

Paulum quoque Gentium illum Apoſtolum communi veſtitu vſum fuiſſe, ipſemet ſatis teſtatur 2. ad Timoth. cap. 4. verſ. 13. vbi ita loquitur: *Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, adfer cum venies, & libros maximè membranas:* verba quibus vtitur ſunt τόν φελόνην ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ. Conſtat autē quod vox φελόνης vel potius φενόλης (Sic enim ex optimis codicibus ſcribendum eſt, nam librariorum incuria & inſcitia ſcripſit φελόνην) *ſignificat tunicam, eamq; communem & vulgarem, qua veteres vtebantur.* Et Suidas ait φενόλης Ρωμαικὴ ςολή.

Oecumenius ad hunc locum annotat. *Veſtem aliquam memorat in hoc loco, hanc verò quærit, vt nullo indigeat, vbiq; enim de hac re multum loquitur.* & poſtea. *Penulam quærit ne hanc ab alijs accipere cogeretur.*

Chryſo-

Chryſoſtomus etiam teſtatur, ſanctiſſimum Martyrem Babilam Antiochiæ Epiſcopom, *nullis aliis quam communibus veſtibus eſſe vſum.* Et manſit communis hic veſtitus in Eccleſia vſque ad tempora Gregorij Magni, qui Epiſcopos & ſimiles, varijs & novis veſtibus ornari voluit. *Quando veſtitus mutatus.*

Rabanus Maurus autem negare non potuit, *veſtium harum ſplendorem & magnificentiam à Iudæis & Ethnicis mutuatam eſſe.*

De ſumptuoſa Sacerdotum veſtitu leges varia apud Strabonem lib. 12. Herodian. li. 5. Diodoro Siculo lib. 6. Item variis in locis apud Apuleum, Plutarchum. Virgilium. Feſtum, Servium & alios qui tibi, ſuorum veterum ſacerdotum veſtes & ornatus, tam graphicè deſcribunt, imò ad vivum ſuis depingunt coloribus, vt in illis conſpicias quod hodie Romæ & alibi miraris.

Antequam verò hanc concludamus Diſſertationem, perpendamus paucis, cur Heliſæus pueros hos execratus ſit.

Heliſæus igitur cum præter meritum convitijs ſic impeteretur retro aſpexit, & pueros illos non tam corporalibus oculis, quam *Prophetica mente vidit, eosq́ intellexit non facturos ibi finem peccandi, ſed indies futuros deteriores, ideo eos eſt execratus vt diſperirent, quo peccatis eorum citò modus fieret* Deinde voluit, *vt per mortem illorum, ſceleſti parentes multarentur, vtq́ ipſorum interitu & exemplo alij quoq́ moverentur, vt prophetiæ ac* *Heliſæus cur pueris maledixit.*

ſacro

ſacro miniſterio non illuderent: ut fusè egimus in præcedenti Diſſertatione.

Deus pater luminum illuſtret ſuo Spiritu omnium populorum & hominum animos, vt Servos ejus propter verbum ipſis commiſſum dignis colamus honoribus.

DISSERTATIO XX.

De ſeptem illis Vaccis à Ioſepho circa quietem viſis, quæ pinguiores juxta ripam fluminis devoraverunt.

DE ſomnio, quod Ioſephus in Ægypto habuit. Moſes Geneſ. ca. 41. ita ſcribit: *Fuit præterea, exactis duobus annis Pharoh ſomniavit, putabat ſe ſtare juxta flumen. Et ecce è flumine aſcendebant ſeptē vaccæ, pulchræ aſpectu, & pingues carne, quæ paſcebantur in carecto. Ecce item ſeptem vaccæ aliæ aſcendebant poſt eas è flumine, turpes aſpectu, & tenues carne, quæ ſtabant juxta vaccas illas, quæ erant juxta ripam fluminis. Et devoraverunt vaccæ illæ turpes aſpectu & tenues carne ſeptem vaccas pulchras aſpectu & pingues.*

Vaccæ macilētæ, & fœda quid. Per ſeptem macilentas vaccas non ſolummodo ſeptem graviſſimæ annonæ intelliguntur, quibus abſumptum fuit, quicquid ſeptem fertiliſſimis annis è terra creverat: ſed per ſeptē has vaccas turpes aſpectu & tenues carne, ſignificari poſſunt, ſeptem deteſtabilia vitia, quibus corda humana deprimuntur, & virtutes conculcātur. Aſcendunt & hæc quoq; ex flumine, ex mē-

tis videlicet humanæ inſtabilitate, quoniã ſenſus & cogitatio cordis humani prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua, ut Deus ipſemet conqueritur. Gen. 8.

Vaccæ iſtæ dicuntur fœdæ, quia mentem hominis maculant, & conſervationem deformãt: & ſunt confectæ macie, quia extenuant pinguedinem & vigorem gratię & virtutum: paſcuntur in ripa amnis continuè fluentis, id eſt vitę hujus mortalis, quæ defluit ad mortem, vt dixit ſapientiſſima illa Theocoitis ad Davidẽ. 2. Reg. c. 14. v. 14. *Moriendo morimur, & ſumus veluti aquæ, quæ defluunt in terrã, quæ non congregantur.* Amnis hujus ripæ ſunt ſpiritus & caro, in quibus ſunt loca fertiliſſima, diverſæ videlicet potentiæ & affectus animæ & corporis, in quib. viror & vigor, virtus & ſuccus, ut in intellectu virtus cognoſcitiva, in Voluntate virtus appetitiva &c. In partibus corporis ſunt vires, ut in oculis vis viſiva, in aurib. vis auditiva, nec ulla eſt particula corporis, in qua non ſit vis animæ. Ideo iſta ſũt loca vivẽtia, i. e. virib. ſpiritualib. plena ſũt & fertiliſſima p abũdãtiã actionũ. Nã in intellectu abundant cogitationes, in voluntate affectus.

In iſtis ergo partib. ſeu viribus paſcũtur ſeptẽ Vitia, nã Avaritia paſcitur in Viſu, & ideo vocatur. *Concupiſcẽtia oculorũ.* 1. Ioã. Gula paſcitur in Guſtu; Luxuria in Tactu, Supbia in Appetitu. Eſt .n. ſuperbia appetitus ꝓprię excellentiæ, & ſic de aliis. Hæc vitia devorant boves ſpecioſos, i. e. dona Spiritus ſancti: nã plenitudinẽ ſapiẽtiæ devorat

devorat Luxuria, quia ſpiritualia non intelligit. 1. Cor. 2. *Animalis & carnalis homo, non percipit ea quæ Spiritus Dei ſunt.*

Donum verò intellectus devorat Gula, *quia hebetat ſenſus circa intelligibilia*, vt dicit Gregor. moral. 31.

Donum Scientiæ devorat Avaritia, quæ pervertit rectum judicium, dum Avarus judicat temporalia eſſe præponenda æternis, & in eis finem ſuum conſtituit.

Donum Pietatis devorat Invidia, benevolentiam excludens.

Donum Conſilii devorat Ira, quæ ad omnia præcipitanter ducit, quod eſt contra conſilium: hinc Seneca de Ira: *Maximè contraria ſunt conſilio feſtinatio, & ira. Velox, conſilium ſequitur pœnitentia.* Et Cicero. *Deliberandum eſt diu, quidquid ſtatuendum eſt ſemel: deliberare vtilia, mora eſt tutiſſima, mora omnis odio eſt, ſed facit Sapientiam.* Et alibi: *Diu delibera, citò facitò, nil curare hoc eſt inſanum eſſe: nihil poſſe, hoc eſt mortuum vivere.*

Donum Fortitudinis devorat Pigritia, quæ hominem debilem & gravem reddit. Donum Timoris devorat Audacia & præſumptio.

Gregorius 10. Moral. ait *Sapientiam devorat Stultitia: Intellectum Hebetudo: Scientiam Ignorantia: Pietatem Duritia mentis: Conſilium præcipitatio: Fortitudinem Timor: Timorem verò Superbia ſive Præſumptio*

DISSER-

DISSERTATIO XXI.

De gentibus quæ Iſraelitis extirpandæ fuerunt, & quid per illas Myſticè intelligamus.

DEuteronomij cap.8. Deus populum ſuum ita alloquitur: *cum introduxerit te Deus tuus, in terram, quam tu ingreſſurus es, vt poßideas eam, & auulſerit gentes multas à facie tua. Hithæum & Girgoſæum, & Emoræum & Chenaanæum, & Perzæum & Hivæum & Iebuſæum, ſeptem gentes, multas & robuſtiores te: & tradiderit eas Iehova Deus tuus coram te,* & percuſſeris eas: perdendo perdes eas: non inibis cum illis pactum, neq; miſereberis earum: neque junges te affinitate cum eis: filiam tuam non dabis filio ejus, & filiam ejus non accipies filio tuo. Avocabit enim filium tuum, ne me ſequatur, & colent Deos alienos: propterea iraſcetur furor Iehovæ in vos, & diſperdet te citò.

Per Iſraëlitas, qui nominatas Gentes expulerunt, ad noſtri quoque ædificationem, myſticè intelligere poſſumus quoslibet veros Chriſtianos, qui Deum per fidem vident ſingulis momẽtis. Hi ſeptem illa enormia peccata è cordibus ſuis expellere, expugnare, exſtirpare & extinguere debent, nec cum illis ullum contrahere pactum aut habere commercium: nullos ipſis dare filios, nullas cogitationes & affectus illis tribuere aut cõmittere, ſed penitus ab illis ab-

 ſtinere.

Digitized by Google

ſtinere. Qui hoc faciunt, feliciter proficiſcuntur in terram promiſſionis, vitam videlicet cœleſtem & æternam.

Prima igitur Gens dicitur Hethæus id eſt, ſtupor vel formido, & denotatur *Pigritia*, quæ hominẽ ſtupidum, & ad opera bona meticuloſum efficit Et vitium hoc ſe occultat tribus modis: Primò diſcretione ſive Prudentia humana: ſecundò Humilitate, & tertiò devotione, dum enim homines deſides & ad bona pigri fugiunt Virtutes, adhibēt ſingularem prudentiam præcavendi, ne hoc vel illud malè adminiſtrent vel committant, ne hypocritæ, & vanæ gloriolæ ſtudioſi videantur, ne à divinis meditationibus avertantur.

Secunda Gens vocabatur Gergaſæus, id eſt Colonum eijciens, & ſignificat *Superbiã*, quæ Angelum de cœlo dejecit. Nec tantum Angelũ, ſed Colonum Paradiſi ejecit. Hoc vitium ſe occultat ſub ſpecie Zeli aliena reprehendendo, ſub ſpecie amoris erga proximum in operibus ſuam gloriam quærendo, & ſub ſpecie ſanctitatis de certo veſtitus genere gloriando.

Tertia Gens dicitur Emoræus, id eſt, amara loquens, & ſignificat *Invidiam*, quæ fellis amaritudinem in quævis effundit. Et hoc vitium ſe occultat ſub ſpecie Zeli, quaſi præ aliis vnicè vitia odio haberet: ſub ſpecie charitatis, quaſi fraternè erga quoslibet affecti eſſent, & ſub ſpecie juvandi proximum, quem videlicet illi ſubſtituere ſatagunt, cui invident.

Quarta

Quarta Gens vocatur Chenanæus id eſt poſſeſſor vel negotiator, & denotat *Avaritiã & Vſurã*, quæ poſſeſſionibus & negotiationib. injuſtis aliena corradit & invadit. Hoc vitiũ ſe occultat ſub ſpecie ꝓvidẽtiæ, ne egeat & aliis fiat moleſtꝰ ſub ſpecie pietatis, ut aliis poſſit ſuccurrere: & ſub ſpecie liberalitatis, ut aliis poſſit elargiri.

Quinta Gens eſt Perizæus id eſt diſſeminans terrã, & ſignificat *Luxuriam*, qui libidines hinc inde ſerit, metit delectationem momentaneam, ſe occultat ſub ſpecie Gratioſitatis, familiaritatis & Liberalitatis.

Sexta Gens vocatur Hævæus, id eſt lapides colligens, & ſignificat *Iracundiã, & Rancorẽ*, colligit.n lapides confuſionis & offenſionis. Hoc peccatũ ſe occultat ſub ſpecie zeli Iuſtitiæ, puniendo: ſub ſpecie vtilitatis communis, bonum publicum & communẽ ſalutẽ curando: & ſub ſpecie mãſuetudinis tacitè vindictã meditãdo.

Septima & ultima Gens eſt Iebuſæus id eſt præſepe, & ſignificat *Gulam ſeu Crapulam*, quoniam peccatum hoc homines in beſtias convertit, qui inſtar boum & aſinorum ſemper ad præſepe ſtant & comedunt. Et hoc peccatum ſe occultat ſub ſpecie libertatis, dicendo Deus omnia ad uſum hominis condidit: ſub ſpecie neceſſitatis, dicendo, Naturam hoc requirere: & ſub ſpecie ſimplicitatis, dicendo, libum vel potum hunc non eſſe tam lautum & pretioſum, *cum tamen non cibus ſed ut* Gregor. ait 30. moral. *appetitus ſub vitio ſit, & lautiores cibi plerunq; moderatiùs ſumantur.*

Faxit Deus, Dominus exercituum, vt hodiernus populus Iſraëliticus in terram promiſſionis tendens, Gentes has ſeptem abominabiles extirpet, nec cum illis vllum habeat conmercium, ſed ſoli Deo Liberatori & conſervatori benigniſſimo ſobriè, juſtè, piè ſerviat. Illi ſit honor, laus & gloria in ſempiternum. Amen.

DISSERTATIO XXII.

De Luteo illo Pariete Ezechielis 13. cap. verſ. 10. 11. & 12.

DIcto loco Iehova de Pſeudoprophetis ita conqueritur: *Multis modis fecerunt, vt erraret populus meus, dicentes: Pacem eſſe, vbi nulla eſſet pax, cumq; hic (ſcilicet populus meus) exſtruxit luteum Parietem, ecce illi obducunt ipſum inepto tectorio: Dic obducentibus ineptum tectorium, atqui caſurus erit imber inundans, & vos ô lapides immanis grandinis caſuri eſtis, & ventus procelloſiſſimus diffindet eum &c.*

Peccatores parietem peccatorum & graviſſimorum ſcelerum ædificant, in cujus exſtructione tandem confunduntur, vt exſtructores turris Babel.

Falſi autem Prophetæ Doctores & Rectores quilibet parietem liniunt, & inepto caducoque cæmento obducunt, dum peccatoribus lucri & favoris cauſa blandiuntur, dicunt placentia, ſpurciſſimum parietem album & lucidum reddentes: dicunt nihil eſſe turpis aut fœdi in illorum

rum actionibus, nullis ipſos fœtore ſceleribus aut flagitjs, imo nō erubeſcunt omnia illorum peccata, Honeſtatem, Pietatē & Virtutes nominare. Nox ipſis lux eſt, & amarū dulce Eſa. 5.

Facit hoc etiam contra quemlibet primarium, tàm Politiæ, quàm Eccleſiæ perturbatorem & corruptorem, qui ab alijs defenditur, & conſilio atque auxilio juvatur.

Luteum Parietem conſtruunt arrogantes & avari Magiſtratus, qui cum extraneis Regibus & principibus fœdera ineunt privati lucri & honoris cauſa, qui hunc luteum parietem caduco cæmēto obducunt, ſunt aſſentatores, & quilibet alij qui ſuffragijs ſuis apud hujuſmodi homines gratiam aucupantur. Luteum parietem conſtruunt Invidi calumnijs ſuis, vt probis noceant, cæmentum inducunt delatores & ſycophantæ. Inprimis autem luteum parietem conſtruunt, illumq; adulterino colore pingunt, omnes falſi Doctores & Hæretici, qui Chriſtum lapidem vivum & angularem pro nihilo habitum reijciunt & delicia humana miſero populo obtrudunt.

Dissertatio XXIII.

De Vidua Vnigenito mortuo, cujus feretrum Chriſtus tangit, illumq́; extra Portas Civitis Naim efferi non permittit.

VIduæ hujus vnigenitus totum ſignificat humanum genus: Vt enim in hoc vnigeni-

to totum ejus ſtemma & nomen fuerat deletum: ſic in hoc humano genere omnes homines in peccato fuerant mortui, & funeſtiſſimo abominationis feretro erāt impoſiti, qui extra portas Civitatis Nain, id eſt, divini gaudii efferre debebant. Non enim ſoli noſtri primi parentes Adam & Eva, ex Paradiſo fuerunt ejecti, ſed & omnes eorum poſteri regni Dei communione privari meruerunt. Sed tanta eſt Chriſti benignitas, ut omnium noſtrū fuerit miſertus, ad portas civitatis Naim, id eſt, cœleſtis gaudii, occurrerit, & nos à mortuis ſuſcitatos, in Naim, & cœleſti Hieroſolyma retinuerit, non cives modo & colonos, ſed & filios atque cohæredes fecerit beatiſſimos.

Chriſtus nos in civitate Nain detinet.

Chriſtus autem Viduæ unigeniti loculos tangit, quoties peccatorem tribulationibus, utpote morbis, paupertate & ſimilibus afflictionibus viſitat. Hinc Iob. c. 9. dicit. *Manus Domini tetigit me*, & ſic *bonum eſt in manus Domini incidere, nam magna eſt ejus miſericordia, quem enim amat filium, illum ita tangit*. Sic tetigit olim Deus Davidem, Manaſſe & alios. Antigonus Syriæ Rex ſuperbiſsimus, poſt morbum factus eſt humilimus & manſuetiſsimus. Quorum loculos Chriſtus non tangit, illi in peccatis mortui, putridi & fœtidi, efferuntur ex communione ſanctorū, & deportantur in agrum abominationis, ut patet Apoc. 22. *foris ſunt canes & venefici, & ſcortatores, & homicidæ & Idololatriæ, & quisquis amat ac committit mendacium.*

Chriſtus hodie quoque noſtros tangit loculos.

In ci-

In Civitatem hanc Nam nō intrat quicquam quod inquinat aut abominandum quippiam patrat, vel mendacium loquitur ſed qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni. Apoc. 21.

DISSERTATIO XXIIII.

De eo quod Chriſtus ad illum quem à Legione Dæmonum liberavit, dixit: Abi domum tuam Marc. 8. cap. 5.

GRegorius ſuper hunc locum ſcribit. *Dixit Dominus vade domum tuam, quia dignum eſt, ut peccator poſt veniam ad mentem & cor ſuum redeat* (Novi enim ſeu interni hominis domus eſt cor ſeu mens) *ne iterum, quo juſtè feriatur, admittat.*

Idem exponens illud Proverbiorum 24. *Diligenter exerce agrum tuum, ut poſtea ædifices domum tuam.* Ille benè domum mentis ædificat, qui prius agrum corporis à ſpinis vitiorum purgat, ne ſi deſideriorum ſentes in carnis agro proficiant, intus tota Virtutum fabrica, fama boni operis creſcente deſtruatur. In hac domo internus homo habitet, cum ipſi dictum ſit. Tecum habita, te ipſum collige: quia ſi extra ſe abſq; cauſa divagabitur, potius externus & vagus, quam internus nominandus erit. Hanc domum, in qua Deus habitat, diligenter vertat, & virtutibus ornet ut tanti hoſpitis dignū ſit hoſpitium. Nec enim interno homini ſatis eſt, à turpibus tantum operationibus abſtinere, ſed etiā cogita-

tionès minus honeſtas ab animo removere debet: cum eas non minus clare, quã actiones ipſas Deus, in cujus conſpectu vivit, ſemper intuetur, apud quem etiam, qui ſolummodo crimen cogitavit, criminis reus eſt.

Nam ſcelus intra ſe tacidum qui cogitat vllum,
Faſti crimen habet:

Vt Iuvenalis, licet Ethnicus, agnovit.

Nec tamen interno homini externam domũ, in qua habitet, negamus, Templum videlicet, quod Domus Dei vocatur. Cum ergo ſacras ingreditur ædes, cum Davide dicat: *Introibo Iehova in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo* Pſal. 132. verſ. 7. Et meminerit quod idem Propheta Pſalm. 69. verſ. 10. cecinit. *Zelus domus tua comedit me*, id eſt, ingens ſtudium & æmulatio, qua ardeo pro gloria tua, & honore templi tui conſumpſit me. Vt enim flamma lignum comedit, ſic ignis hic cœleſtis in animis piorum ardens omnia lignea, terreſtria & humana conſumit, ſemper ſurſum ad Deum in cœlos tendens.

Hinc etiam Chriſtus Dominus ſingulari ira exarſit, cum vidit hanc ſuam ſanctiſſimam domum impiè profanari, ideoque facto flagello ementes & vendentes, ſua videlicet & terreſtria, non zelo divinæ gloriæ, ſed zelo privatæ avaritiæ ductos templo ejecit. Cogitandum ergo ſeriò, quam religioſa huic domui ſit exhibenda reverentia, qua in re paſſim etiam ab ijs, quibus ſanctiſſimarum hujuſmodi

ædium

ædium cura præ aliis comiſſa eſt, peccatur graviſſime, de quo Deus per Ezechielem & alios Prophetas conqueritur.

David autem longe aliter fuit affectus, ut q Pſalm. 27. *Nihil aliud à DEO petijerit, quam ut in domum eius ire poſſit, in qua libentius limina cuſtodire velit, quam vivere in aulis Regum*, teſte Pſal. 84. Vnde Pſalm. 122. canit *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus*, quaſi diceret, ob hanc unam cauſſam lætor me in urbem venire poſſe, ut tabernaculum fœderis adire queam.

Domus inſuper novi hominis ſecundũ Gregor. *Eſt cogitatio eius & quicquid diligit.* Sicut enim domus exterioris converſationis eſt ædificium quod inhabitat corpus: ita domus noſtræ cogitationis eſt res quælibet, quam per dilectionem inhabitat animus. Omne quippe ꝙ diligimus, quaſi in illo quieſcentes habitamus. Propterea Apoſtolus Paulus ad Phil. c.3. qui in cœlis cor fixum habuit, ſcribit. *No[...]a converſatio in cœlis eſt.*

Et Caſſiodorus in Pſal. *Domum noſtram, propriam vocat cogitationem, quando in eadem defixi, quaſi in quibusdam ædibus commoramur.* Videat itaque homo, in qua cogitatione & delectatione verſetur, ne dum inanibus atque vanis cogitationibus delectatur, atque in eis totus habitat, eis labentibus & concidentibus, ipſe quoque corruat. De eiusmodi enim inhabitatore dicitur illud Iob. c. 8. v. 15. *Innitetur ſuper domum ſuam, & non ſtabit.*

Eſt deniqve domus hæc, *Conſcientia hominis ſeu Anima, in qua domo homo ſuas habet divitias, dona videlicet à Spiritu Sancto accepta.* Ad hanc domum non malè accommodabimus illud Pſ. 112. *Gloria & divitiæ in domo eius,* hominis ſcilicet pij: qui bonam habet conſcientiam, & animam à Spiritu Sancto dotatam: quæ divitiæ, (modò illas conſervare ſtudeat, & à Deo cuſtodes Angelos petat) perdurabunnt in ſæculum ſæculi.

Iuſtitia enim juſti manet in perpetuum. Hujus domus divitias, etiam illi ex Gentib⁹ agnoverunt, quorum unus dixit, divitias meas mecum porto: alter verò, ſumma boni, eſt mens ſibi conſcia recti.

Bias. Cato.

Has autem divitias fur ille aſtutiſſimus & ſuperbiſſimus, qui Deo gloriam auferre conatus fuit, eripere indeſinenter ſtudet, & nihil nõ agit, ut hanc domum invadat, eamque divitiis ſuis ſpoliet. Quare caveamus, ne oſtentationis cauſſa eas proferamus, ut Hiskias divitias domus ſuæ Babilonijs monſtravit legatis, quæ tãdem Babilonem fuerunt deportatæ, ut legim⁹. Eſa. 39. & 4. Reg. 20.

Rogemus Deum, ne permittat, ut inimicus noſter, domum hanc inveniat vacuam, ſpoliatã videl. virtutis & bonis operibus vel ſcopis purgatam & ornatam, i.e. cor delitiis deditum, ſibi gratum & jucundum, in q̃ intret cum ſeptem ſe longe peioribus ſpiritibus, eamq; tanq̃ ſpeluncam infernalem inhabitet, ut Chriſt⁹ Dñs loqui-

Digitized by Google

loquitur, Matth. 12. Purganda eſt hæc domus bonis ſcopis, factis videl. & mandatis Legis & Evãgelij, calefacienda eſt illa igne Spirit⁹ S. ut eam ex cõtritione & pœnitentia aridam fugiat.

Poſtremò, Domum hanc, Sacram Scripturam eſſe, ex ipſis divinis literis, & venerandæ vetuſtatis ſcriptoribus diſcimus, cuius domus interiores partes ſunt Myſteria, exteriores autem ejusdem ſenſus faciliores, huius dom⁹ ampliſſimam deſcriptionem apud Ezechielem, c. 41. legimus.

Sedulius, *Scripturam Regiam domum vocat, quæ multiplicibus ingreſſibus & egreſſibus diſtincta ſplendet, & ex uno in aliud conclave ita diducta, ut vix ingredientis aut egredientis veſtigia appareant.* Qua comparatione & difficultatem & profunditatem ſcripturarum oſtendat. Spiritus ſanctus igitur invocandus venit, cuius ductu in domo hac anguſtiſſima feliciter verſemur.

Origines, *hanc domũ vocat Cubiculum Regis, q͠a in S. Scriptura reperitur is q̃ dixit: Scrutamini Scripturas. Cubiculũ inq̃ omnis Sapientiæ divitÿs refertũ.* In hac domo eſt cella vinaria, in qua reconditum eſt vinum longe optimum, ſc. vera illa lacryma Chriſti, quâ cor hõis lætificatur & cõfirmatur, qua animæ ſanitas & color reſtauratur, & augetur. In hac domo eſt culina omnium ciborũ, & officina oĩum medicinarũ, unguentorũ & confectionũ, quibus ánimarum morbi, & defectus corriguntur. In hac domo eſt thalam⁹ ille Regi⁹, in quo nobis ſponſus noſter deſideratiſſim⁹ oſtenditur & traditur. *Scriptura S. domus inſtructiſſima.*

Quid

Digitized by Google

Quid ergo domos luteas ædificamus, quid campeſtres caſas exſtruimus, cum tanta domus nobis ſit parata & gratis habitanda data. Vocet nos miſericors Deus & Pater luminum in hanc ſuam domum, ut in illa habitemus die ac nocte, ut ſimus eius domeſtici & contubernales in omnia ſecula, Amen.

DISSERTATIO XXV.

De quinque illis Porticibus apud Piſcinam Templi, in quibus iacebat ingens ægrotorum multitudo, Ioh. 5.

QVantopere nobis Deus pauperes commendet, præter varia Spiritus Sancti mandata & incentiva (quorum nō poſtremum eſt, quod Chriſtus Dominus juveni illi inculcat, Matth. 19. dicens: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni ſequere me*) etiam porticus iſtæ Hieroſolymitanæ ad Piſcinam Betheſda, tanquam præmeditato & ſignificantiſſimo Hieroglyphico admonuerunt.

Hunc igitur in finem Divina Sapientia has porticus taliter exſtrui voluit, ut omnis generis pauperes, egeni & afflicti nobis conſpiciendi exhibeantur, illorum in omnibus actionib' præſertim, quibus cultus divinus peragitur, memores manentes cum debita miſericordia & beneficentia: præſertim cum nos omnes miſerrimi

rimi in anima pauperes, ægroti & derelicti, in patentibus his mundi porticib⁹ à Deo benignis oculis conſpici & ſuſcipi deſideramus.

Extant ergò & hodie quinque iſtæ porticus, ante omnia templa, palatia & ædificia quælibet, quocunque tandem nos vertimus, aliquam ex hisce porticibus patentem, & miſeris repletam conſpicimus, adeò ut nemini ad egenos & afflictos aditus negetur, vel intercludatur, verum omnibus & ſingulis, cuiuscunque ſint ſexus, & ordinis, januis & valuis apertis, pateat liberrimus.

Prima Porticus, per quam ad pauperes & afflictos venimus eſt, *Cor noſtrum*; dum ex intimis illius penetralibus pauperibus & afflictis condolemus, & ſympathia commoti ipſorum miſeremur; contra hoc peccant omnes illi, qui cum Sacerdote & Levita proficiſcuntur in Hiericho, nec curant miſerum, qui incidit in latrones, Luc. 10.

Secunda Porticus, eſt *Os noſtrum*; quo movente corde, pauperes & afflictos, paternè, fraternè, amicè & humaniter alloquimur, ſalutamus & conſolamur, juxta illud Eccleſ. 4. *Congregationi Pauperum affabilem te præſta.*

Tertia Porticus cōſtruitur *Opere* per ſupportationem, dum pauperes noſtris manibus & viribus juvamus; contra quod peccarunt famuli epulonis, Luc. 16. & eorum imitatores, qui opere à canibus vincebantur, canes enim miſerrimi Lazari ulcera linguis purgarunt & curarunt.

Quar-

Quarta Porticus ædificatur *Facultate noſtra*, dum illa huiusmodi pauperib⁹ & afflictis ſubvenimus, ad quod nos lex feriò admodum hortatur, Deut. 15. *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcircò ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum verſatur in terra.*

Quinta Porticus exſtruitur oratione; dum partim viribus & facultatibus juvandi deſtituti, partim officiis miſericordiæ aliqualiter functi, pro iis ad Deum preces noſtras dirigimus & urgemus, ut ille tanquam ditiſſimus & liberaliſſimus Promus, Diſpenſator, Oeconomus & Soſpitator afflictorum noſtrorū concivium, fratrum & commilitonum miſereatur, illisq; pro infinita ſua miſeratione & benignitate paterne ſuccurrat, idq; propter filium ſuum unigenitum, Dñm noſtrum Ieſum, qui noſtri cauſſa quoq; pauper, egenus & afflictus fuit in hoc mundo, ut nobis æternas divitias & felicitates mereretur. Cui gloria & honos in oĩa ſęcula, A.

Cum igitur per univerſum hunc Terrarum orbem huiusmodi exſtruantur Porticus; quocunq; enim nos vertimus aliquam ex illis conſpicere cogimur, niſi oculos pertinaciter claudere velimus. Vniverſus mundus habet mediū ſeu centrum, ibi eſt prima Porticus, quæ eſt cōpaſſio, deinde ſunt quatuor latera, quæ ſunt reliquæ quatuor porticus, quæ omnes à centro æqualiter diſtant. Ne ergo avertamus oculos à pauperibus, quos Deus nobis in hisce porticibus

Vbiq; Pauperes iuvandi occaſio.

bus

bus propoſuit, certò certius enim Deus ab ijs quoque ſuos avertet oculos, qui ſuos à pauperibus avertere pergunt, Eſa. c. 1.

Quapropter Tobias omnibus imitandus & audiendus, qui filio conſuluit, ut ex ſubſtantia ſua faciat Eleemoſynam, nec faciem ſuam avertat ab ullo paupere, dicens: *Ita n. fiet, ut neq; à te avertatur facies Domini,* Tob. 4. Et Eccleſ. 4. *Ab inope ne avertas oculos tuos.* Et c. 41. *Ne avertas faciem tuam à proximo tuo.*

Ex quib. liquet, ſcribit primarius ille Hiſp. Concionator Didac. Stella in 7. c. Luc. tom. 1. p. 195. Edit. Antuerp. in fol. Anno 1599. cum privil. Regio: *Quantum aberraverint in Hiſpania noſtra, qui impedimento fuerunt, ne pauperes oſtiatim ſuis neceſſitatibus conſulerent, ſed quod duo nobiles illis Eleemoſynas colligerent. Quæ quidem res penitus ſubvertit pietatem & miſericordiam Chriſtianam. Nam multi ſunt, q. cum proprijs oculis nō intueantur pauperum neceſſitates, nunquam Eleemoſynas porrigunt, cum certiſſimum illud ſit, obiectum præſens fortius movere potentiam, quam abſens. Sunt quippe multi, qui videntes pauperum ſummam indigentiam & ulceribus plenos tribuunt illis Eleemoſynas, quas non tribuiſſent, niſi proprijs oculis ipſorum miſeriam vidiſſent Chriſtus* DOMINUS *vidit triſtitiam viduæ civitatis Nain, quæ cum lacrymis filij funus comitabatur ad portam, & commotus fuit miſericordia, dicens:* Noli flere, & *& ad mortuum, dico tibi, ſurge. Et quid, nonne fratris tui miſeria, quam proprijs* *Didaci Stellæ pia querela.*

oculis

Quarta Porticus ædificatur *Facultate noſtrâ,* dum illa huiusmodi pauperib⁹ & afflictis ſubvenimus, ad quod nos lex ſeriò admodum hortatur, Deut. 15. *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum verſatur in terra.*

Quinta Porticus exſtruitur oratione; dum partim viribus & facultatibus juvandi deſtituti, partim officiis miſericordiæ aliqualiter functi, pro iis ad Deum preces noſtras dirigimus & urgemus, ut ille tanquam ditiſſimus & liberaliſſimus Promus, Diſpenſator, Oeconomus & Soſpitator afflictorum noſtrorũ concivium, fratrum & commilitonum miſereatur, illisq́; pro infinita ſua miſeratione & benignitate paterne ſuccurrat, idq́; propter filium ſuum unigenitum, Dñm noſtrum Ieſum, qui noſtri cauſſa quoq; pauper, egenus & afflictus fuit in hoc mundo, ut nobis æternas divitias & felicitates mereretur. Cui gloria & honos in oïa ſęcula, A.

Cum igitur per univerſum hunc Terrarum orbem huiusmodi exſtruantur Porticus, quocunq; enim nos vertimus aliquam ex illis conſpicere cogimur, niſi oculos pertinaciter claudere velimus. Vniverſus mundus habet mediũ ſeu centrum, ibi eſt prima Porticus, quæ eſt cõpaſſio, deinde ſunt quatuor latera, quæ ſunt reliquæ quatuor porticus; quæ omnes à centro æqualiter diſtant. Ne ergo avertamus oculos à pauperibus, quos Deus nobis in hisce porticibus

Vbiq; Pauperes iuvandi occaſio.

bus

bus propoſuit, certò certius enim Deus ab ijs quoque ſuos avertet oculos, qui ſuos à pauperibus avertere pergunt, Eſa. c 1.

Quapropter Tobias omnibus imitandus & audiendus, qui filio conſuluit, ut ex ſubſtantia ſua faciat Eleemoſynam, nec faciem ſuam avertat ab ullo paupere, dicens: *Ita n fiet, ut neq; à te avertatur facies Domini*, Tob. 4. Et Eccleſ 4. *Ab inope ne avertas oculos tuos.* Et c. 41. *Ne avertas faciem tuam à proximo tuo.*

Ex quib. liquet, ſcribit primarius ille Hiſp. Concionator Didac. Stella in 7. c. Luc. tom. 1. p. 195. Edit. Antuerp. in fol. Anno 1599. cum privil. Regio: *Quantum aberraverint in Hiſpania noſtra qui impedimento fuerunt, ne pauperes oſtiatim ſuis neceſſitatibus conſulerent, ſed quod duo nobiles illis Eleemoſynas colligerent. Quæ quidem res penitus ſubvertit pietatem & miſericordiam Chriſtianam. Nam multi ſunt, q. cum proprijs oculis nō intueantur pauperum neceſſitates, nunquam Eleemoſynas porrigunt, cum certiſſimum illud ſit, obiectum præſens fortius movere potentiam, quam abſens. Sunt quippe multi, qui videntes pauperum ſummam indigentiam & ulceribus plenos tribuunt illis Eleemoſynas, quas non tribuiſſent, niſi proprijs oculis ipſorum miſeriam vidiſſent Chriſtus* DOMINUS *vidit triſtitiam viduæ civitatis Nain, quæ cum lacrymis filij funus comitabatur ad portam, & commotus fuit miſericordia, dicens: Noli flere, & & ad mortuum, dico tibi, ſurge. Et quid, nonne fratris tui miſeria, quam propriis oculis*

Didaci Stella pia querela.

Digitized by Google

oculis intueris ad miſericordiam teipſum adducet? Nonne citius ad pietatem provocaberis, ſi pauper ad oſtium accedat, quam ſi dives & nobilis? Miſericordia etenim quædam compaſſio eſt alienæ miſeriæ in cor tuum translatæ. Quod ſi pauperem & miſerum non vides, quam imaginem eius miſeriæ in corde tuo depingere poteris? Præſentia pauperis mulieris Ruth, quæ ſpicas colligebat, movit Booz ad pietatem; & cætera.

Idem Didacus in cap. 19. Luc. eiusdem Antuerpianæ editionis, de ijs, qui promittunt ſe in teſtamẽto pauperum habituros rationem, quibus tamen non contingit promiſſis ſtare, quippe qui infecto teſtamento opinione citius hinc diſcedere. *Fugiendum tibi eſt tanquam à peſte ab his* DABO, RESTITVAM, FACIAM: *ſed potius dicito*: DO, RESTITUO, FACIO, *ſicut Zachæus dixit & opere præſtitit, quod verbis protulit. Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus. Obſervandum etiam eſt Zachæum non dixiſſe, do divitibus conſanguineis aut amicis; ſed pauperibus*, quos videlicet Dominus nobis in quinque his Porticibus ubique videndos & juvandos propoſuit. *Vtinam Epiſcopi noſtri temporis & prælati hæc obſervarent. Tribuunt namque amicis & conſanguineis ſuis beneficia, & alias dignitates, pauperes verò fame pereuntes relinquunt. Tribuunt iſti Principibus & Regibus gemmas incredibilis valoris, ut vel ſic ab ipſis Regibus in altiores dignitates & pinguiores prælaturas aſſumantur. At pauperes Chriſti contemnunt* (quos tamen paulò ante com-

te compaſſionem loco ipſis commendavit, dicens ad Iudam, & alios Apoſtolos, Pauperes ſemper habebitis apud vos, me verò non) *quorum neceſſitatibus ſubvenire contemnunt. Invenies plurimos Maioratus in noſtra Hiſpania, qui ab Epiſcopis conſtituti ſunt & creati, plurimas etiam domos opulentas erectas videmus ipſis patrimonijs Eccleſiaſticis, & ex bonis, quæ pauperibus fuerunt oblata. Pinguiora domus ſuæ propinquis elargiri non dubitant, virginibus verò & mulierculis pauperibus obulum tribuere plurimi faciunt, quibus certè neceſſum eſt ſubvenire, ne ab inceptis propoſitis neceſſitatis cauſſa deſiſtant. Zachæus in reſurrectione, in die judicij, & condemnabit generationem hanc, cum ipſe noviter converſus, dimidiam bonorum partem pauperibus erogaverit.*

Patet ergo, quomodo huiusmodi Sacerdotes templum intrare poſſint, cum non transeant porticus ad introitum eius poſitas. Oportet ut vel cæci ſint, quod porticus, & in illis pauperes jacentes non vidét, vel per aliam portam Templum ingrediantur. Si cæci ſunt, populi ductores & vigiles eſſe non merentur. Si per aliam portam Templum ingrediuntur, quam per legitimam à Chriſto, Iohann. decimo, fures & latrones vocantur.

DISSERTATIO XXVI.

De Monili illo, quo Aegyptij olim ſuos inaugurarunt Iudices.

QVando Ægyptij præ aliis gentibus in Hieroglyphicis excelluerunt, haud abſque ſingulari myſterio judices ſuos monili ex Sapphiris auro colligatis cum inſcriptione veritatis inaugurarunt.

Aegyptiorũ Iudicũ monile.

Vt enim Monile hoc veritatis præconio inſignitum judicum circumdabat collum, quo omnes venæ & nervi, quibus totum corpus cõponitur & regitur: Sic veritatis ſtudium in judicibus omnes venas & nervos, h.e. omnes cogitationes vires & operationes colligare, regere & amplecti debet.

Et ut Monile hoc primarium fuit ornamentum, quo judices ab aliis hominibus diſtinguebantur, & ob id præ aliis honorabantur: ſic à veritatis ſtudio primariam ſuam laudem exiſtimationem & famam quærere debent. *Veritas ſit judicum ſponſa, præſertim cum incorporabiliter pulchrior Helena Græcorum,* ut ait Auguſtin. Epiſt. ad Hieron.

Monile autem hoc ex Sapphiris conficiebatur, ob virtutes, quæ in illis obſervantur, & judicibus imitandæ proponuntur.

Primò, Sapphirus gulæ virium reſtringit, ex qua provenit ſanguinis ſuperfluitas & ſudoris judices Gulæ & Crapulæ dediti, officio non fungun-

guntur, ſed inter pocula corrumpuntur pluribus modis, q̃. lubet enarrare, quando vel ipſa expientia exēpla recēſere horret & ingemiſcit.

Secundò, Sapphirus fovetur caſtitate. Luxuria etiam ſenes illos judices corrupit, qui Suſannam corrumpere tentarunt.

Tertiò refrigerat inflammationes, & reprimit apoſtemata. Iudices debent humilitati ſtudere, & angue peius fugere ſuperbiam.

Quartò, reprimit febrilem ardorem vel calorem. Iudices Avari corrumpuntur donis: hinc Eccleſ. 20. *Xenia & dona excæcant oculos Iudicū, & quaſi mun⁹ in ore evertit correctiones eorū.* Quocirca Iehova Exod. 23. *Nunc accipies munera, q̃ et excæcāt prudentes, & ſubvertunt verba juſtorū. Qui autem odit munera, vivet.* Proverb. Mirum ergo, quod hodie multi vivunt, ſed verendum, ut viventes mortui ſint.

Quintò, Sapphirus reſiſtit veneno. Sic n. ut refert Dioſcor. araneam pixidi impoſueris, & geminū Sapphirum ſup orificium aliquantiſp tenueris, eius virtute victa ſubitò moritur. Venenum h. e. Invidia & Vindicta, ꝙ ſerpens ille vet⁹ in invidos & vindictæ cupidos impios judices expuit. Veneno hoc viperino, & vitio deteſtabili judices infici non debent.

Sextò, vim habet affectus recōciliandi, & Dioſc. teſtatur hanc gemam ad pacem inter diſcordes cōponendā valere. Iudices nō litibus & diſcordiis, ſed pace & concordia gaudere debet, ideoque cauſas ita tractare, ne ex rixis oriantur diuturna diſſidia & odia.

Septimò: Sapphirus vim habet lætificandi, undè uſus eius contra cardiacam & melancholiam commendatur à Phyſicis. Iudices non ſint amarulenti, triſtes & difficiles, ſed humani, faciles & manſueti, quorum alloquio & conſilio clientes animentur & reficiantur.

Monilis huius Hieroglyphicam explicationem nonnihil tetigi. Elegidio in honorem D. Ioan. Heinrici Cocrei, Iuris V.D. quod inter alia hæc habet.

Dicite Iuriſtæ Themidos quo munere noſtri
Funguntur Myſtæ, & q̃ meditantur opus?
Hoc quondam Aegyptus pretioſo Torque docebat
Inſtituens tacitis judicem imaginibus.
Saphirus pulcro confecerat ordine Torquem
Et ſacra ἈΛΗΘΕΊΑΝ *pinxerat arte Deam.*
Mendaci à vulgo ſanctum defendite verum
Hæc pia Iuriſtas ſollicitudo decet
Sapphiri Phyſicas Iuriſtæ expendere vires.
Hæc veſtrum officium myſtica imago docet.
Sudorem undantem, & febrilem temperat æſtum
Et ſpernit Cyprias ſobrius illecebras
Lætificat mentem, & triſtem fugat usq; honorem
Diſcordes placidus conciliatq; animos
Peſtiferum medicus pellit mira arte venenum.
Et frangit virus ſcorpio dire tuum
Ergo Torquati afflictum defendite verum
Splendeat hic veſtris Vnio pectoribus.

Hinc in Iuris utriusq; Docturam D. Brunonis Stilleri Cancellarij apud Archiepiſcopum Magdeburgenſem filij ſcripſi.

Quid

Quid faciant Leges, ubi ſola pecunia regnat,
Aut ubi paupertas vincere nulla poteſt?
Væ queis judicium nihil eſt niſi publica merces,
Curiaq; indomitæ prava libido animæ!

DISSERTATIO XXVII.

De eo quod Dominus Levit. cap. I. v. 16. præcepit, ut Sacerdos plumas avium immolandarum ad locum cineris projiciat.

QVod Dominus juſſit *immolandarum avium plumas & veſiculam gutturis ad Orientem in locum cineris projici*, non caret ſingulari myſterio. Quando autem nemo eſt, qui neſciat, *per plumas ſuperbiam & faſtum, per veſiculam verò gutturis tam crapulam quam loquacitatem, deniq; per locum cinerum mortem vel ſepulchrum, & per Orientem noſtrum ortum ſignificari, non fuerit abſurdum dicere, omnia illa, quibus homines in altum elevantur, ut ſunt faſtus, ſuperbia in veſtitu, in ceſſu, convictu & converſatione, eſſe revocanda ad memoriam mortis & ſepulchri.* Qui enim mortis & ſepulchri ſui, in quo vermibus putrida & abominabilis exponitur eſca, meminerit, non poterit, non à ſuperbia, faſtu, magniloquentia & crapula abſtinere, velit, nolit convictus, ut ſe humiliet ſub potenti manu Dei, & ſobriè ac temperanter vivat, Deum ſubinde exorans, ut peccatis ignoſcat, & Chriſti merito gratiam & vitam æternam impertiat.

Memoria mortis dehortatur à peccatis

Ducamus ergo omnes noſtras pompas & vanitates, quæ nihil aliud quam leviſſimæ & tenuiſſimæ plumæ, quæ vel minimo motu ventorum diſperſæ vel tectis inhærent & computreſcunt, vel in terram proſtratæ, non hominũ modo, ſed & ſordidiſſimarum quarumvis beſtiarum pedibus conculcantur. Ite ergo mortales & magnis cogitationibus pectora veſtra implete. Ecce, ut homo natat! Videte quomodo plumæ veſtræ volant, quædam ſurſum, quædam deorſum ſparſæ.

Petr. in Satyr.

Et ſic plumis ac veſicula gutturis in locũ cinerum coniectis, reſpiciemus ad Orientem, h.e, conſiderabimus, quis & qualis ſit noſter ortus, ex cinere videl. in cinerem revertendus. Ad Orientem autem hunc, plumas in cinerum locũ projicientes, reſpiciemus, memores ultimi judicij, quo omnes reſurgemus, rationes reddituri omnium non actionum modo publicarum, ſed & occultarum, imò omnium & ſingulorũ verborum, conſiliorum & motuum internorũ.

Adam pellibus veſtitus.

Sic Adam poſt lapſum pellibus animalium fuit indutus, ut mortis ſententiæ, in quam propter peccatum inciderat, nunquam obliviſceretur, ſed illius perpetuò memor, cogitaret, quid fecerit & adhuc faceret.

Danielis prudentia.

Vt autem Daniel in Babilone Sacerdotũ Baaliticorum in ſparſo cinere greſſus, & fraudes deprehendit: ſic cogitationibus, carnalibus & vanis, ſi cinerem aſperſeris, h.e. recordationem mortis & ultimi judicii, tuiq; ortus admiſcueris,

tis, multas diaboli fraudes deprehendes.

Cæterum hoc Avium holocauſto Spiritus S. conſulere voluit tenuitati pauperum, qui ſumptus nõ poterant ferre, qui fiebant in holocauſtis taurorum, vitulorum, agnorũ, & ſimilium ex armentis, ne propterea triſtarentur, ſed cõſolationem conciperent, quod Deo curæ ſint, & quod opera ipſorum (ſi ex fide fiant) quanquam vilia & contempta videantur, Deo placeant. Offerre ergo eos voluit de turturib. & columbis, vel pullis columbę, quibus avibus deſignavit Chriſtum, in quo ſuma patientia, perfectiſſima puritas, innocentia & manſuetudo, &c.

In quorũ gratiam avium holocauſta.

Turtur cuius figura.

DISSERTATIO XXVIII.

De myſterio in oliva adumbrato.

OLiva alias arbores fœcunditate ſuperat, retinet perpetuo tàm in hyeme, quam in vere & æſtate humorem ſuum temperatiſſimum, & vel foliis pulcherrimis, vel fructibus ſaluberrimis exornata floret & viret.

In olivæ huius conſideratione contemplanda occurrit divina Gratia & Miſericordia, ex qua totũ humanũ genus tam hyemis, q̃ æſtatis temporibus, hoc eſt, in utraque fortuna flores ſuaviſſimos paterni affectus, & fruct⁹ ſelectiſſimos cœleſtis auxilij & præſidij ambabus manibus decerpit, *quia non ex operibus Iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundùm miſericordiam ſuam ſalvos nos fecit*: ad Titum cap. 3. verſ. 5. *Chriſtus nos*

redemit ab exſecratione Legis, dum pro nobis factus eſt execratio: ſcriptum eſt enim (ſcilicet Deuter, 21. v. 23.) *Execrabilis eſt, quisquis pendet in ligno*; ad Galat. cap. 3. v. 13. *Gratia ſumus ſervati per fidem, & hoc non eſt ex nobis, Dei donum eſt: non ex operibus, ne quis glorietur: Nam ipſius ſumus opus, conditi in Chriſto Ieſu ad opera bona, quæ præparavit Deus, ut in ijs incederemus*, ad Eph. capite ſecundo, v. 8.

Ad hanc olivam exorta tempeſtate currit fidelis, & cum Davide ex Pſalm. 12. dicit ad impium, à quo affligitur. *Cur jactas te de malitia, ô potens?* MISERICORDIA DOMINI OMNI DIE.

Imò hæc oliva, ad quam fidelis currit, tantam cum homine communicat ſympathiam, ut ille dicat ex eodem Pſalmo: *Ego ero ſicut olea viridis in domo Dei, ſperavi in miſericordia Dei in ſeculum & ſeculum. Celebrabo te in ſeculum, quoniam facturus es, ô Deus, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum eſt coram miſericordibus tuis.*

Quam fæcunda autem hæc oliva ſit, Spiritus Sanctus deſcribit Pſalmo quinquageſimo ſexto, verſu octavo: *Hominem & animal ſervas* IEHOVA. *Quam pretioſa eſt miſericordia tua* DEUS: *& filij hominum in umbra alarum tuarum ſperant. Inebriabuntur pinguedine domus tuæ, & torrente delitiarum tuarum potum dabis eis.*

Quæ olivæ amaritudo. Quemadmodum autem fructus olivæ eſt guſtui amarus; ſic miſericordia DEI in peccatori-

toribus excitat & exigit amaritudinem pœnitentiæ & reſipiſcentiæ.

Verum licet Miſericordia Dei in peccatoribus amaritudinenm hanc excitat, vertitur tamen illa in dulcedinem. Hinc Paulus ſuis Coloſſenſibus ſcribit epiſt. 2. c. 7. v. 9. *Nunc gaudeo, non quod triſtitia affecti fueritis, ſed quod triſtitia affecti fueritis, ad reſipiſcentiam* (hoc eſt, ut ea triſtitia ad emendanda veſtra vitia profuerit, *nam triſtitia affecti fuiſtis ſecundum Deum, ut nulla in re detrimentum acciperetis ex nobis. Nam qui ſecundum Deum eſt, is reſipiſcentiam efficit ad ſalutem, cujus nunquam pœniteat, at mundi dolor mortem efficit. Ecce enim iſtud ipſum, quod ſecundum Deum triſtitia affecti fuiſtis, quantum in vobis effecit ſtudium?* imo defenſionem, ſcilicet mei & ſanæ doctrinæ ac diſciplinæ; imò indignationem, ſcilicet erga impœnitentes, imò timorem erga Deum, imo vehemens deſiderium ſcilicet Deo obtemperandi, ſanam doctrinam & diſciplinam ſuſcipiendi, imo zelum ſcil. Dei gloriam propagandi: imo vindicationem ſcilicet delinquentes coërcendi, *per omnia teſtatos feciſtis, vos eſſe puros in hoc negotio*: adeo nulla amplius de vobis ſit ſuſpicio. Ad quæ verba Oecumenius notat: Non modo ait, nihil tale, quale fornicator ille, auſi fuiſtis, ſed ne cibum quidem cum eo ſumſiſtis. Ex quo enim dixerat in priori: Et vos inflati eſtis, quippe quod eos participes illius, qui deliquerat, faciebat, nunc ait: Et ipſam ſuſpicionem abſtuliſtis. Sic apud Ieremiam c. 31.

v.19. dicit populus Iſraëliticus: *Poſtquam oſtenſum eſt mihi percuſsi femur, confuſus ſum & erubui, quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ.* Conſtat, ergo, quam olivæ hujus amaritudo in dulcedinem convertatur, & quam ſaluberrimus ejus ſit guſtus.

Ps. 128. Exoremus Dominum, ut nos faciat *plãtationes olearum in circuitu Menſæ ejus, fructificantes ſicut vitis in lateribus domus ejus.* Amen.

DISSERTATIO XXIX.

De Pinguedine Spirituali.

VT duo diverſi ſunt Spiritus, unus cœleſtis & ſupernus, alter terreſtris vel infernalis: Sic etiam duæ ſunt pinguedines, de quibus aliquid diſſeremus, quandoquidem modo de Oliva arbore pinguiſſima ea tractavim⁹, quæ ſublimiora quædam nobis ſubminiſtrarunt myſteria.

Qui Spiritu Dei reguntur Spiritualem pinguedinem tanto affectu deſiderãt & expetunt, ut cum Davide ex Pſal. 63. dicant: *Deus Deus meus, quæro te mane: ſitit te anima mea: deſiderat te caro mea in terra deſerti & ſitibunda, in qua non eſt aqua Sicut adipe & pinguedine ſaturatur, anima mea, & labijs jubilationum laudat te os meum.*

Pinguedo verò hæc Spiritualis eſt, ut habet Auguſtin. in Pſal. *Saturitas pinguis Sapientiæ:* animæ enim, quæ carent Sapientia, macilentæ & debiles ſunt, & ita exiles fiunt ut in operibus bonis

bonis citò deficiant: Si quidem bene temperata pinguedo vires confirmat, motum & operationes promovet, & carnem emollit, quæ ſine adipe ſicca & arida eſt, & hac ratione ad operationes ineptior, tardior & imbecillior.

Pinguedinis naturalis operatio.

Hanc pinguedinem Deus promiſit apud Hieremiam cap 31. *Inebriabo animam Sacerdotum pinguedine, & populus meus bonitate mea ſaturabitur.*

Hac pinguedine cœleſti inebrietati fuerunt Apoſtoli. Actor. 2. ut muſto pleni cenſerentur ab ijs, qui eos audiverũt enarrare magnalia Dei.

Deinde Spiritualis Pinguedo, *eſt zelus piorum* quo excitati Deo ſerviunt cum hilari devotione & promptitudine. Et hic eſt ille adeps, quẽ ſibi Deus olim, ut legimus. Levit. 3. c. in holocauſtis offerri voluit. Hac pinguedine David caput ſuum impinguatum fuiſſe lætatur. Pſalmo 23.

Spiritualis inſuper Pinguedo, eſt *divina Conſolatio, & cœleſtes delitiæ*, quibus anima recreatur & confirmatur. Hinc fideles in Spiritu exultant, lætantur, canunt ex pinguibus paſcuis Montis Iſraël, terrena deſpiciunt, & cum Syneſij hymno acclamant.

Iam me pœnitet
Terrenæ vitæ,
Abite in malam rem peſtes
Impiorum mortalium
Vrbiumq́ue opes.

Cum autem nemo pinguis fiat, niſi eos cognoverit

gnoverit cibos, qui pinguedinem ſuggerunt, ſumendus eſt cibus cum ſingulari appetitu, quos Deus ad convivium ſuum nuptiale paravit, ibi panis, qui de Cœlo venit, editur, ibi vinum cœleſtis vitis bibitur, ibi ſuaviſſimus ſelectiſſimi frumenti adeps Chriſtus ſumitur.

Altera Pinguedo, quæ Spiritualis quidem etjam, ſed illius Spiritus, quem terreſtrem & infernalem diximus, eſt primò *Abundantia omnium bonorum vel divitiarum.* honorum & ſimilium, quibus mundani impinguantur.

Secunda noxia hæc ſpiritualis pinguedo eſt, *Superbia, Ira & omnis malitiæ abundantia.* præſertim illa pinguedo quæ eſt circa renes, ut ſunt libidines, & omnia impura carnalia deſideria. Adipem hunc comedere nihil aliud ſignificat quam ſequi carnalia, & indulgere voluptatibus, hinc ejus manducatio in lege fuerat prohibita, ut conſtaret, ab hujuſmodi affectibus & operibus ſerio & omnino eſſe abſtinendum.

De hujuſmodi pinguibus loquitur Pſal. 73. *Egreßi ſunt præ adipe oculi eorum: tranſgrediuntur cogitationes cordis. Diſſolunt & loquuntur malitiosè calumniam, imo de excelſo loquuntur. Ponunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum ambulat in terra &c.* De his Pſalm. 17. conqueritur, *quod adipe ſuo clauſerunt os ſuum: & ore ſuo loquuntur ſuperbè.*

Vt pingues porci grunniunt & dentibus ſuis obviam quemvis petunt, inprimis agnos invadunt: ſic hujuſmodi pingues Epicuri de grege Porci ingenuum & pium quemvis injuriis afficiunt,

ciunt, donec impleant menſuram nequitiarum & vapulent ſecundum merita: quia Deus juſtus, & Iudicia ejus ſunt recta. Deus autem ſuorum non obliviſcetur, ſed eorum cauſas ſuſcipiet, qui juxta Ezech. cap. 34. v. 20. *Iudicabit inter pingues & macilentos.* Illi ſit gloria & poteſtas & honos in omnia ſecula, Amen.

Dissertatio XXX.

De Duplici Veſtitu, quo ſedulæ illius Matris familias. Proverb. 31. v. 21. domeſtici veſtiuntur.

NOtum eſt Matrem hanc familias; cuius mores & ſtudia Spiritus Sanctus deſcribit Prov. vltimo, plurimorum ſcriptorum Iudicio Allegoricè Eccleſiam denotare; extra quam nulla eſt Oeconomia & ſalus.

Domeſtici ergo hujus Matris familias ſunt electi, ex militante in triumphantem translati Eccleſiá, in qua veſtiti ſunt veſtibus duplicibus.

Prima harum veſtium eſt illa, de qua Ioannes in Apocalypſi ſcribit c. 6. v. 9. *Vidi ſub altari animas, eorum, qui mactati fuerant propter verbum Dei, & propter teſtimonium quod tuebantur. Clamabant autem voce magna, dicentes, uſq; quo Domine, qui ſanctus es & verax, non judicas ſanguinem noſtrum,* eũ videlicet repoſcendo ab aliis qui habitant in terra nil niſi terrena ſapiẽtes & quærentes, cœleſtibus bonis contemptis & neglectis? *Tum datæ ſunt* *Veſtes electorum.*

tæ ſunt ſingulis ſtolæ albæ, & dictum eſt eis, ut requieſcerent adhuc paululum temporis, uſq; quo compleantur etiam conſervi eorum, & fratres eorum, qui trucidandi ſunt, ſicut & ipſi.

Veſtis verè magnifica. Stolæ hæ albæ ex triplici ſindone conficiuntur: *Clara videlicet ſacroſanctæ Trinitatis viſione: plena poſſeſſione, & perfecta fruitione.*

Viſio Dei ſuccedit notitiæ obſcuræ, qualis haberi ſolet in hac vita, de qua Apoſtolus 1. Corinth. 13. v. 9. *Ex parte cognoſcimus & ex parte prophetamus. Poſtquam autem advenerit, quod perfectum eſt, tunc quod ex parte eſt adolebitur.* Et illuſtrat hoc ſuo exemplo per egregiam ſimilitudinem, comparans hãc vitam infantiæ, in qua balbutimus potius, quam loquimur, nil niſi puerile cogitamus ac ſentimus ideoque piis indigemus, quæ & linguam & mentem forment. Vbi autem adolevimus, id eſt, ad illum cœleſtem ac æternam vitam venimus, in qua Deum ipſum prȩſentem cernentes, & plena ejus luce irradiati abſtruſiſſima quævis myſteria cognoſcem⁹.

Poſſeſſio autem, quæ ipſius Dei comprehenſio eſt, quia beati hi domeſtici *palmites ſunt in viva vite*, de qua apud Ioan. cap. 15. verſ. 5. *quia Filius & Pater ad eos venit & apud eos habitat*: juxta illius promiſſionem, qui ipſa eſt veritas. Ioan. 14. v. 23.

Fruitio eſt perfectum illud gaudium, quod nemo à beatis tollet juxta illud Ioan. 16. verſ. 22. quia cum Abrahamo Iſaaco & Iacobo menſæ Domini accumbunt, & cives facti novæ ci-

vitatis Hieruſalem: Hæc ſuccedit noſtræ egeſtati, qua in terris premimur. Hinc Dominus Matth. 19. verſ. 29. *Quisquis reliquerit domos aut ſorores, aut matrem aut uxorem aut agros cauſa nominis mei, centuplicia accipiet, & vitam æternam hæreditatis jure poßidebit.*

Altera Veſtis dabitur in communi Reſurrectione, quæ omnem Byſſum & purpuram ſuperabit, quandoquidem illa in omnia ſeculorum duratura conſtabit *ſubtilitate, Impaßibilitate, agilitate, claritate & aliјs excellentijs: quas oculus nondum vidit, auris non audivit, nec in cor hominis deſcendit.* 1. Corinth. 2. verſ. 9. & Eſaiæ. cap. 64. verſ 4. quod jam dudum Daniel. cap. 12. verſ. 3. in Spiritu vidit, dicens: *Intelligentes fulgebunt, ut ſplendor Firmamenti, & Iuſtificantes multos tanquam ſtellæ in ſeculum & in æternum.* Et Salomon Sapientiæ cap. 3. verſ. 6. *Tanquam aurum in fornace probavit illos, eoſque ut integrum ſacrificium excepit. Itaque in tempore viſitationis ſuæ reſplendeſcunt, & velut ſcintillæ in ſtipulis diſcurrent. Iudicabunt gentes, dominabunturque populis, & Dominus in eis perpetuum rëgnabit.* *Altera Veſtis.*

Hinc Dominus Fideles ita alloquitur. *Amen dico vobis, vos qui ſecuti eſtis me in generatione* (quæ electi incipiunt novam vitam vivere) *cum ſederit Filius Hominis in throno gloriæ ſuæ, vos etiam ſedebitis in Thronis duodecim, judicantes duodecim Tribus Iſraël* Matth. cap. 19. verſ. 28.

Splendori

Splendori huic omni excellentia majori accedet *ſuprema omnium ſenſuum gloria*, quorum quisque ſua ſingulari oblectatione perfruetur. Non linguis modo exprimi, ſed nec mente concipi poteſt, quanta tranquillitate, lætitia & conſolatione beatorum animæ ſint complendę. *Vbi intellectus rebus intelligendis: voluntas amandis: oculi contuendis: lingua laudibus dicendis, & gratias Creatori, Redemptori & Sanctificatori potentiſſimo, miſericordiſſimo & ſuaviſſimo reddendis; ſine ulla ſatietate ſint ſaturandæ.* O felices omnes illos, & terque quaterque beatos, qui ab hoc periculoſo & immundo mundo liberi, ad te DEUS meus, Chriſti filii tui & Domini noſtri merito pervenerunt. Iuva nos Deus, ut è mari ad portum, ab exilio ad Patriam, ex carcere ad Regnum, ex morte ad vitam, te cum omnibus Electis æternum celebraturi, trahamur & deducamur. Amen.

VENI IGITVR DOMINE IESU APOCALYPS: ult.

FINIS LIBRI PRIMI.

THEO-

THEOLOGIAE MYSTICAE.

Seu

Diſſertationum Allegoricarum, quibus pleraq; ſacrarum literarum myſteria explicantur, & illuſtrantur,

LIBER SECVNDVS.

DISSERTATIO I.

Quid Chriſtus Dominus ſignificare voluerit, ſententia illa Matth. 10. Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes.

HIeronymus exiſtimat ſerpentis prudentiam Diſcipulis, omnibuſque eorum ſucceſſoribus, proponi in exemplum: *quia toto ille corpore occultat caput ſuum, ut illud in quo vita poſita eſt, protegat & tueatur*: *Ita totius corporis, diuitiarum, honorum, vitæq; periculo, Chriſtum qui caput noſtrum eſt, oportet cuſtodire.*

Hinc Auguſtinus Pſal. 57. *Quid eſt aſtuti ſicut*

 ſer-

ſerpentes? Offer omnia membra tua percutienti, dummodo caput ſerves integrum id eſt, Chriſtum.

Et lib. quæſt. Evang. ex Matth. qu.8. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes: ad cavendum malum, in capite cuſtodiendo, quod eſt* CHRISTUS *Nam ſerpens totum corpus pro capite obiicit perſequenti,&c.*

Epiphanius hæres.37. *Serpens occultat cranium ſuum, tradit autem reliquum corpus per excellentem calliditatem. Sic vult Chriſtus in tempore perſecutionis, & tentationis, omnia noſtra tradere gladio, ac igni*: cuſtodire autem noſtrum caput, id eſt, CHRISTUM non negare,&c.

Eiuſdem ſententiæ eſt Chryſoſt: *Quemadmodum ſerpens totum ſe ipſum tradit, neq; admodum curat ſi corpus inciditur, donec caput ſuum integrum conſervet: eodem tu quoque modo: &c.*

Theophilactus adhuc aliam in ſerpente obſervat prudentiam, dum ait, *ſicut ſerpens in anguſtam cavernam circumgyrat ſe, & tranſiens veterem pellem expoliat: ita & nos per anguſtam viam incedamus, ut veterem hominem exuamus, &c.*

Idem docet Baſilius orat.7. Et Auguſtinus Pſalm.57. *ſerpens ut exuat veterem tunicam, coarctat ſe per foramen anguſtum: Arcta via eſt, foramen anguſtum.*

De hac ſerpentis renovatione Ariſtot. lib. 8. cap.17. Hiſtor. Animalium hunc in modum diſſerit; *Exuit ſerpens ſenectutem tum Vere, tum Autumno.*

tumno. Cum exuere incipit, ab oculis primum detrahere aiunt. Tum caput exuitur: atque una ſere nocte & die ſenectus tota exuitur à capite orſa ad caudam, & cute altera intus ſubnaſcente, ipſa remouetur, &c. Nos quoque arctam viam, quæ ducit ad vitam ingrediamur: à capite & oculis, id eſt, ab intellectu, per æternarum rerum conſiderationem, veterem hominem exuere incipiamus, ſerpentiſque celeritatem imitemur. Vna ferè nocte & die ſenectutem exuit: nos velociſſime vitia exuamus, juxta illud Pauli ad Coloſſ. 3. Expoliantes veterem hominem cum actibus ſuis, induentes novum eum, qui renovatur in agnitionem, ſecundum imaginem eius, qui creavit illum, &c.

Beda in Matth. 10. & Auguſtino loco ſupra citato, tertiam referunt ſerpentis prudentiam. Ille, inquit, *Prudentia ſerpentis eſt, quod unam aurem Petræ opponit, alteram cauda occludit, ne audiat incantantes.* Auguſtin. *Allidit ſerpens unam aurem terræ, & caudam obturat alteram, &c.* Pſalm. 57. ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudit vocem incantantium. Hac prudentia uti nos oportet adverſus Diaboli, & impiorum hominum prava conſilia, ac tentationes. Occludendæ ſunt aures, cauda & terra, id eſt, finis memoria, humanæque fragilitatis ac ſepulcri.

Adiungit his Ambroſius aliam initio Pſalmi 35. *Serva*, inquit, *caput tuum, ſicut ſer-*

pens, etſi laceratus fueris, reuiuiſces. Inuitare ſerpentem, qui exteriorem ſuum exuit, ut renouetur interior. Imitare ſerpentem qui venenum ſuum euomit. Beatus & tu, ſi malitiæ tuæ venena deponas.

Epiphanius hæreſi 37. *Alteram prudentiam habet ſerpens, velut naturæ rerum docti tradunt: quādo enim ſiti preſſus à latibulo procedit ad aquam ut bibat, non ſimul accipit ſecum venenum, ſed in latibulo relinquit, & ſic progreſſus potum aquarum ſumit. Proinde & ipſi hoc imitemur, vt quando ad Eccleſiam, aut preces aut ad myſteria venerimus, malitiam nobiſcum ne feramus.*

Alii inſuper ex doctoribus ideo ſerpentes prudentia valere ajunt, quod illi non viribus agunt, ſed calliditate atque prudentia. Tacite enim obſeruant oportunitatem effundendi venenum, neque illud niſi commodiſſimo tempore, & cautiſſime ad nocendum effundunt. Sic Evangelico Concionatori non viribus, ſed prudenter & circumſpecte ſermo diuinus proferendus. Quam acute autem ſerpentes videant, vetus docet Adagium, ſerpentis oculus. unde Horatius.

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum
Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?

DISSER-

DISSERTATIO II.

Quibus de cauſa Chriſtus Dominus Verbum & Evangelium ſuum de regno cælorum comparavit Grano ſinapis.

CAuſæ explicantur tam per plantam ipſam, quam per ipſius fructum.

1. Vt enim planta hæc non in quolibet horto creſcit, ſic verbum Dei, & Chriſti Evangelium non in quolibet corde plantatur, nam fides ſingulare Dei donum 1. Ioan. 6. 10. 12. Act. 11. 16. Rom. 1. 9. 10. 2. Cor. 4. Phil. 1.

2. Vt ager excolendus quo planta hæc in illo fructificet, ſic corda noſtra purganda, & excolenda, ut verbum Dei in illis radices agat, & fructum ferat.

3. Vt planta hæc ex minimo & contemtiſſimo grano pulcherrime excreſcit: ſic ex prædicatione verbi, quod à mundo paſſim contemnitur, fides excreſcit ampliſſima.

4. Vt volucres cœli tempore pluviali ſub plantæ huius umbra ſecuræ deliteſcunt, ſic ſub verbi & Evangelii tutela animæ noſtræ defenduntur tam à tempeſtatibus, quam à Diabolo, accipitre illo rapaciſſimo. Et hæc ſecundum conſiderationem plantæ.

Quod autem granum ipſum attinet, ex illius conſideratione ſequentes deſumuntur rationes.

1. Vt granum ſinapis eſt calidum & amarum: Sic Verbum & Evangelium Dei piorum corda calefacit, & amorem cæleſtem excitat. Impiis autem ſordet, & amarum exiſtit. Et quamuis verbum hoc amaræ ſequantur afflictiones in hoc mundo, tamen illæ convertuntur in dulcedinem quovis nectare ſuaviorem, & ſalubriorem. 1. Tim. 3. Ier. 20.

2. Vt granum ſinapis contuſum lacrymas elicit, ſic Verbum Dei cognitionem peccatorum cum contritione & pœnitentia excitat. Matth. 26. Actor. 2. & 7.

3. Vt granum hoc purgat cerebrum à malignis humoribus, ſic verbum Dei depellit omnis generis falſas opiniones, in doctrina, & vitia in vita, & converſatione Ioann. 5. & 14. Act. 9.

4. Vt granum hoc reſiſtit veneno, & depellit ſerpentes: ſic Evangelium ſanat venenatos Satanæ morſus. Ioan. 8. Luc. 1. Gen. c. 3. & 15. Act. 15.

Hilar. Ambr. & Gregorius Chriſtum Dominum, granum ſinapis vocarunt, *quia contritus per paſſionem, exſervit virtutem in ſe latentem.*

DISSER-

DISSERTATIO III.

Quare Diabolorum illa Legio Matth. 8. ad Chriſtum clamavit, Veniſti huc ante tempus torquere nos? Et quare mitti voluerit in gregem porcorum?

HIerony. in Matth. 8. *Præſentia Salvatoris, tormenta ſunt Dæmonum.*

Theophil. *Tormentum & cruciatum Dæmones putant, ſi non permittatur lædere homines.*

Cajetan. *Cruciabantur, quod cogebantur præcepto Chriſti, exire inviti ab hominibus poſſeſſis, ipſa enim coactio ad relinquenda poſſeſſa, tortura eſt, &c.*

Sciunt igitur Dæmones ſibi præparatam eſſe ignis Gehennam, in quam detrudi à Chriſto timebant.

Ante tempus ſe cruciari ideo conqueruntur, quia ſperabant peccata illorum hominum lõgius poſtulare vexationis tempus.

Vt autem Gehenna ſemper ardet: ſic Diabolus ubicunque ſit, vel in aere, vel ſub terra, ſecum fert tormenta flammarum ſuarum. Hinc Beda: *Dæmones ubicunque vel in aere volitant, vel in terris, vel ſub terris vagantur, ſive detinentur, ſuarum ſecum ferunt ſemper tormen-*

ta flammarum. Inſtar febricitantis, qui etſi in lectis eburneis, etſi in locis ponatur apricis, fervorem tamen, vel frigus inſiti ſibi languoris evitare non poteſt: ſic Dæmones, etſi in templis colantur auratis, etſi per aera diſcurrant, igne ſemper ardent Gehennale. Non tamen exiſtimandum igne hoc Gehennali quo juſto Dei judicio, Dæmones ardent quicquam ſub cœlo inflammari, ſiquidem coniecti in eundem Abyſſum diverſimode diſcrutiantur, alius videlicet leviori, alius vero acriore tormento, cum tamen omnes ſimul ignem illum Gehennalem ferant, cui divina Iuſtitia ſunt alligati.

Quod vero Porcos inuadere voluerint, rationem Euthymius Matth. 8. hanc reddit: *Quandoquidem iam hominibus nocere non poſſunt, ad irrationalia, quæ illi poſſident, convertuntur, ut oſtendatur furor, quem adverſus nos gerunt.*

Nec ſolum hoc, verum etiam aliud malum machinãtur; ſtudent enim porcos occidere, ut horum damno contriſtati Domini gregis, IESUM non ſuſcipiant, & ita Evangelii prædicatione nõ ſuſcepta, maximo afficiantur damno. vide etiam Theophilactum.

CHRISTUS Dæmonibus conceſſit quod petebant, videlicet ut in porcos intrarent, 1. ut Miraculum tot porcorum vaſtatione longè latè divulgaretur, fieretque ad hominum utilitatem compertum, & ſic extrema Dæmonum immanitas omnibus innoteſceret, qua videlicet amaritudine & odio, ut Theophil. ait, in homines

mines ferantur; adeo ut, ſi poteſtas eis daretur, peius nos, quam porcos illos affligerent.

Si autem in Porcorum gregem Diaboli legio non habuit poteſtatem, niſi eam à Deo impetraſſet; tantum abeſt ut in oves Dei habeant. Poſſum dicere Porcorum quoque ſetas tunc apud Deum numeratas fuiſſe, ne dum capillos ſanctorum, &c. Tertul.

2. Vt multitudo Dæmonum quæ hominē vexabat, cognoſceretur ex effectu. Hieron. in vita Hilarionis: *Non movere quempiam debet, quod Domini iuſsione duo millia porcorum à Dæmonibus interfecta ſunt: ſiquidem illi qui viderant, non potuiſſent aliter credere, exiiſſe de homine tantam Dæmonum multitudinem, niſi grandis porcorum numerus, & quaſi à multis actus pariter corruiſſet.*

3. Vt hac re perſpicuum fieret, Dæmones vires habere magnas.

4. Vt agnoſceretur, Dei providentiam ſe ſuper omnes creaturas extendere.

5. Vt admoneremus nos divinis præſidiis ſemper & ubique opus habere.

6. Vt ſciamus Chriſtum Dominum eſſe omnium rerum, etenim porcos ſubmergendos Dæmoni tradidit abſq; vllius injuria, quoniam eorum erat Dominus.

Petierunt *Dæmones* ut ſibi liceret in porcos introire, illorum enim Palatia Porci ſunt, id eſt, Porcis immundi ſimiles homines. Hinc

Digitized by Google

ta flammarum. Inſtar febricitantis, qui etſi in lectis eburneis, etſi in locis ponatur apricis, fervorem tamen, vel frigus inſiti ſibi languoris evitare non poteſt: ſic Dæmones, etſi in templis colantur auratis, etſi per aera diſcurrant, igne ſemper ardent Gebennale. Non tamen exiſtimandum igne hoc Gehennali quo juſto Dei judicio, Dæmones ardent quicquam ſub cœlo inflammari, ſiquidem coniecti in eundem Abyſſum diverſimode diſcrutiantur, alius videlicet leviori, alius vero acriore tormento, cum tamen omnes ſimul ignem illum Gehennalem ferant, cui divina Iuſtitia ſunt alligati.

Quod vero Porcos inuadere voluerint, rationem Euthymius Matth. 8. hanc reddit: *Quandoquidem iam hominibus nocere non poſſunt, ad irrationalia, quæ illi poſſident, convertuntur, ut oſtendatur furor, quem adverſus nos gerunt.*

Nec ſolum hoc, verum etiam aliud malum machinātur; ſtudent enim porcos occidere, ut horum damno contriſtati Domini gregis, IESUM non ſuſcipiant, & ita Evangelii prædicatione nō ſuſcepta, maximo afficiantur damno. vide etiam Theophilactum.

CHRISTUS Dæmonibus conceſſit quod petebant, videlicet ut in porcos intrarent, 1. ut Miraculum tot porcorum vaſtatione longè latè divulgaretur, fieretque ad hominum utilitatem compertum, & ſic extrema Dæmonum immanitas omnibus innoteſceret, qua videlicet amaritudine & odio, ut Theophil. ait, in homines

mines ferantur; adeo ut, ſi poteſtas eis daretur, peius nos, quam porcos illos affligerent.

Si autem in Porcorum gregem Diaboli legio non habuit poteſtatem, niſi eam à Deo impetraſſet; tantum abeſt ut in oves Dei habeant. Poſſum dicere Porcorum quoque ſetas tunc apud Deum numeratas fuiſſe, ne dum capillos ſanctorum, &c. Tertul.

2. Vt multitudo Dæmonum quæ hominē vexabat, cognoſceretur ex effectu. Hieron. in vita Hilarionis; *Non movere quempiam debet, quod Domini iuſſione duo millia porcorum à Dæmonibus interfecta ſunt: ſiquidem illi qui viderant, non potuiſſent aliter credere, exiiſſe de homine tantam Dæmonum multitudinem, niſi grandis porcorum numerus, & quaſi à multis actus pariter corruiſſet.*

3. Vt hac re perſpicuum fieret, Dæmones vires habere magnas.

4. Vt agnoſceretur, Dei providentiam ſe ſuper omnes creaturas extendere.

5. Vt admoneremus nos divinis præſidiis ſemper & ubique opus habere.

6. Vt ſciamus Chriſtum Dominum eſſe omnium rerum, etenim porcos ſubmergendos Dæmoni tradidit abſq; ullius injuria, quoniam eorum erat Dominus.

Petierunt *Dæmones* ut ſibi liceret in porcos introire, illorum enim Palatia Porci ſunt, id eſt, Porcis immundi ſimiles homines. Hinc

Theophilactus, *Vbi eſt vita porcina, ibi non manet Chriſtus, ſed Diabolus, &c.*

Euthym. *Dæmones ingrediuntur porcos, eos videlicet, qui irrationabiliter conuerſantur, & in cæno voluptatum volutantur.* Auguſtin. in epiſt. Ioan. tractat. 6. *Certi myſterij gratia, & certa diſpenſatione dimiſit Dominus Dæmones in porcos, ut oſtendat Diabolum in eis dominari, qui vitam porcorum gerunt, &c.*

Porcus cœlum nunquam aſpicit, perpetuo terram fodit, luto & fœtore delectatur, ventri eſt deditus, non ruminat. Sic homo libidinoſus cœlum non curat, terrena quærit, lutum, id eſt, voluptates corporis, criminumq; fœtorem amat, ventri ſervit; deniq; non ruminat, id eſt, æterna ſupplicia, tartareaſq; flammas, in quas ducitur minime conſiderat. Quocirca Chriſtus Mat. 7. *Ne mittatis margaritas veſtras ante porcos*

Orig. hom. 1. in Pſal. 37. *Porcos appellat eos, qui peccatorum fætorib. delectantur, ſicut porci qui fœtorẽ omnem tanquam odorem ſuaviſſimũ expetunt. Conſidera peccatorem, qui peccatis ſuis delectatur, & lætus eſt in malis ſuis, quoniam & ipſe in ſtercore fœtido volutatur, & nullũ fœtoris eius qui ex peccati ſtercore redditur, percipit ſenſum, &c.*

Sed quo tandem porci iſti deveniunt? Matthæus ait, Ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare. Porcorum finis nõ eſt cœlum, ſed macellũ, id eſt, Tartarus. Fugiamus ergo Porcinos mores. Interdicta erat Iudæis caro porcina, nobis interdicta eſt non caro, ſed vita porcina.

Digitized by Google

cina. Vide Lactāt.li.4.de Relig.Chriſtiana c.17.

Lucas ait, Dæmones hos in ſepulchris hominem detinuiſſe, ut deſignarent impiorum habitationem. Auguſt. *Impius, mortuis operibus delectatur.*

Chryſoſt. *Sepulcra ſunt meretricum diverſoria multo fœtore & immunditia repleta.*

Theophilact. *mortuorum operum receptacula, ut proſtibula, & alias ſcelerum officinas.* Omnia loca in quæ mortui homines, id eſt, ſcelerati ſe recipiunt, ibidemque conveniunt, ſepulcra ſive monumenta dici poſſunt. Impiorum divitum ampliſſimæ domus, ſpatioſiſſima & vaſtiſſima ſunt ſepulcra.

Addit Dæmoniacum veſtimento non fuiſſe indutum, quia impii veſtimentum pretioſiſſimum, Nuptialem videlicet illam veſtem abjiciunt.

Marcus ſubjungit catenas & compedes cōminuiſſe, nec quenquam eum potuiſſe domare. Sic impius divinæ legis vincula diſrumpit, timoris ac amoris compedes perfringit; minas, conſilia, & hortationes negligit: deniq; nemo hominum illum poteſt domare.

Dominus IESUS omnium noſtrorū miſereatur, ut ſpiritus eius ſancti ſimus habitacula, ad nominis ſui gloriā, & animarum noſtrarum ſalutem, quam morte ſua nobis acquiſivit. Amen.

DISSER-

DISSERTATIO IV.

De diuerſis ſacrarum literarum figuris, quibus Auaritiæ abominatio & condemnato toti mundo exponitur.

QVi aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum ſuum. Eccl. 4. Quanto maior eſt conjunctio, tanto crudelior dicitur eſſe læſio. Hinc crudelius eſt occidere proximum, quam extraneum: & horribilius eſt occidere fratrem ſuum, quam alienum.

Nulla autem conjunctio major eſſe poteſt, quam ſpiritualis ſocietas, & fraternitatis religio, quod inde patet, quia interdum carnalis pater temporalia bona dividit à filio, & frater à fratre, & ſoror à ſorore: ſed religionis fraternitas habet omnia indiviſa. Vnde Auguſtinus in Regulis, ſint vobis omnia communia, &c. Ille ergo frater qui ductus avaritia, hanc fraternitatem fraudare attentat, ut faciat proprium de communi, aufert panem vitæ proximis ſuis, & ipſos quantum in eo eſt, occidit. Hoc nemo melius intelligit, quam qui inter monachos vivens, à Deo illuminatur, ut teſtantur omnes qui ex Pontificiis Labyrinthis evaſerunt.

Abſalon patrem perſequens cæſarie ad quercum ſuſpenditur, & tribus lanceis transfigitur, &c. 2. Sam. 18.

Abſa-

Abſalon eſt Avarus, qui Patrem ſuum perſequitur, id eſt, Chriſtum in membris ſuis, negando pauperibus neceſſaria. Capitur à quercu, id eſt, à divina Iuſtitia; vulneratus trib. lanceis, quia expoliatur in morte divitiis, corpus traditur vermibus, & anima Dæmonibus.

Excuſſus ſum ſicut locuſta, Pſal. 19.

Locuſta habet ventrem majorem tota reliqua corporis parte, ajunt enim illam manè rore repletam, evacuari invaleſcente ſole.

Appetitus Avari eſt major toto mundo, quia mundus eſt certis limitibus terminatus: appetitus veri avari nullo clauditur termino. Repletur rore, id eſt mundi facultatibus, modis omnibus quibus valet, ſive per rapinam, ſive per uſuram, & omni arte quam fecit exſpoliando proximos. Sed cum repletus fuerit evacuabitur, & ut locuſta excutietur, invaleſcente æſtu divinæ Iuſtitiæ. hinc Iob. 20. divitias quas devoraverat, evomet, & de ventre ejus retrahet eas.

Exodi 10. legimus quod flante Auſtro venerunt locuſtæ ſuper terram Ægypti, vaſtantes omne viride, & deſtruentes omnia quæ erant in campis: deinde orante Moſe, flavit ventus occidentalis & proiectæ ſunt in mare. Flante igitur Auſtro, qui ventus calidus & humidus eſt, per quem denotatur proſper ſucceſſus vitę pręſentis, Avari impinguantur, & ſtant in Ægypto, quia tenebris involuuntur: vaſtant omne

mne viride, & omne in agris natum, quia eis nulla poteſt in animo vireſcere virtus, quia ſtatim radicitùs evellatur.

Cor impii quaſi mare fervens, Eſaiæ 57. Omnium fluminum aquæ exonerantur in mare, & tamen non redundat. Ratio, quia tàm grandis eſt ſinus, ut omnia mundi flumina nihil illi comparatæ reputantur. Et quia eſt motus circularis, ideo Salomon ait, Omnia mundi flumina intrare in mare, ut fluant iterum.

Per aquas continuò fluentes & currentes denotantur divitiæ, in quibus nulla quies eſt. Cito enim repetet, quod præſtavit. Hinc avarus conatur obturare meatus fluminum, ne fluant, cùm pecuniam cumulans credit ſemper poſſidere eam: nam erga hoc cor eius jugiter fervet cogitationum procellis, qualiter acquirat, & qualiter acquiſita conſervet. Eſt enim ibi motus circularis, quia acquiruntur cum labore, conſeruantur cum timore. Igitur in divitiis occupatio peſſima, & delectatio nulla vera eſt. Hoc probat labor humanus, qui propter divitias ſatagit ad omne malum: quod figuratum eſt Exodi 7. in prima plaga Pharaonis, ubi aquæ Ægyptiorum conuerſæ ſunt in ſanguinem, & mortui ſunt piſces, qui natabant in eis.

In nona plaga Ægypti fuerunt tenebræ quæ palpari poterant, Exodi 10. Hæ denotant avaritiam & cupiditatem, quæ adeò hodie mundum occupârunt, ut frater non cognoſcat fratrem, nec filius patrem. Auguſtin. *Inſatiabilis*

ava-

avaritia patri non parcit, nec matrem cognoſcit, fratri non obtemperat, nec amico fidem ſervat. Invadit bona viduæ, & rapit rem pupilli, teſtimonium falſum profert, occupat res mortui, quaſi non eſſet ipſe moriens, deterior feris, quæ parcunt prædæ, cùm fuerint ſaturatæ.

Quarta Pharaonis plaga fuit muſcarũ multitudo, quarum tanta erat infeſtatio, ut vix homines potuerint vivere, Exodi 8.

Muſcæ nunquam invadunt ſcutellam dum cibus ibi eſt calidus: ſed cùm tepeſcit, & refrigeſcit, reſident ibi fœdantes ipſum. Sic dum cor humanum retinet calorem charitatis, ſemper eſt procul muſcę cupiditatis.

DISSERTATIO V.

Quid per Lepram, & Leproſos in ſacris literis intelligatur.

LEpra, quæ eſt certum quoddam genus ſcabiei, cutem deformi obducens cruſta, ab atra bile originem habens, corpuſque vehementi pruritu infeſtans, generaliter omnis generis peccata ſignificare ſolet, Orig. Et variæ Lepræ ſpecies, ſunt diverſa peccatorum genera. Et Leproſus eſt peccator, Matth. 8. Et Lepra perſeverans, durationem in peccato deſignat, Levit. 13. Et Lepra volatilis eſt tranſitus à vitio in vitium.

Pecu-

Peculiariter autem Lepra ſignificat Hæreſim, Greg. 5. mor. 11. quæ miſcet falſa veris, ut in cute leproſi colorum apparet varietas. Levit. 13. Luc. 17.

Secundum autem quod Lepra corruptioné humorum includit, carnis voluptates, & turpitudines exprimit. Levit. 13. hæc eſt Lepra florens. Bernhard. ſerm. 3. de reſur.

Lepra in carne Hæreſin de humanitate Chriſti indicat,

Lepra vero in capite, eſt error de eius divinitate; Mulier quoq; Leproſa in capite, quæ habet ducem hæreticum. Orig. S. Levit. hom. 8. Iſych. S. Levit. 13.

Lepra in barba, cum quis non agit heroica opera. Orig. S. Leu.

Lepra in calvitio, error ex ſimplicitate, vel quando ea repullulant quæ abjecta erant. Orig. S. Levit. hom. 8.

Lepra in cute, deſignat peccatum in opere, vel in carne.

Lepra in cicatrice, reverſionem ad priora peccata: vel carnis macerationem cum infidelitate.

Lepra flava, ſeu pallida, imbecillitatem fidei.

Lepra rufa, homicidium.

Lepra alba, Hyprociſin hæreticorum.

Lepra livida, Invidiam.

Lepra nigra, fumum Idololatriæ.

Lepra rufa ſimul & pallida, iracundum

&

Digitized by Google

& puſillanimem indicat.

Lepra florens in toto corpore, Avaritiam deſignat, quæ omnes commaculat, ſic fuit Leproſus Giezi 2.Reg.2.

Lepra etiam in domo, eſt avaritia in his, qui divites fieri volunt in hoc ſeculo. Ambr. ſ. Luc.4.Bernh.ſer.3.de Reſur.

Lepra in veſte, eſt omnis pompoſa vanitas in hoc ſeculo, vel ſuperbia & inanis gloria, in bono opere.

Leproſi qui nuntiaverunt Samariæ fugam, &c. deſignant peccatores ex Iudæis, qui converſi facti ſunt prædicatores. Gloſſ.ord.

Leproſus curatus à Chriſto in deſcenſu montis, eſt populus Iudaicus, ideo dixit illi, ut oſtenderet ſe Sacerdoti.

Secundum ſeptem ſpecies deformium Leproſorum, ſunt ſeptem genera abominabilium peccatorum.

Prima Lepra eſt in Tumore. Qui enim hac lepra laborat, tumida eius cutis quaſi pinguedine quadam inuncta apparet, adeò ut ſi aqua ſuperinfundatur non madeſcat, ſed illa defluat, tanquam à corio madefacto.

Sic peccator patitur hanc Lepram, cùm habet in mente ſuperbiam, eſt enim quaſi tumor in carne maligna, ſuperbia in mente. Et ſignificata eſt per Lepram Oriæ Regis, de quo legitur 2. Paral. 26. *Cùm confirmatus eſſet in regno, elevatum eſt cor eius, ingreſſusq; templum Domini,*

adolere voluit incenſum ſuper altare Thymiamatis: ſtatimq́ ingreſſus eſt poſt ipſum Sacerdos Ananias, & cum eo ſacerdotes Domini octoginta, viri fortiſſimi: reſtiterunt Regi, atque dixerunt, non eſt tui officii Ozia, ut adoleas incenſum Domino ſed ſacerdotum qui conſecrati ſunt Domino ad huiuſmodi miniſterium: egredere de ſanctuario, nec contempſeris, quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo: ſtatimq́ eſt orta lepra in fronte eius coram ſacerdotibus, &c. Et ſequitur in fine capitis, Dormivitq́ Ozias cum Patribus ſuis, & ſepelivrunt eum in agro regalium ſepulchrorum, eò quòd eſſet Leproſus, videlicet non in ſepulchro Regum.

Per Oziam ſignificatur quilibet ſuperbus, qui quantò magis in mundi regno exaltatur, tantò magis in ſuo corde elevatur, & quantum in altum aſcendit, tantum in cute animæ ad inſtar leproſi intumeſcit, juxta illud Bernhardi: *Videas plerosque de ignobilibus nobiles, de pauperibus divites ſactos, ſubitò intumeſcere, priſtina oblivisci humilitatis, ac conditionis, genusq́ ſuum erubeſcere, & infirmos dedignari parentes.*

Sed verè quantum elevantur per tumorem, tantó magis proijciuntur ad profundum, divina iuſtitia exigente.

Et ſicut Ozias in ſua Lepra uſque ad finem vitæ permanſit, ſic etiam ſuperbus in ſua ſuperbia, plerunque ad finem vitæ perdurat, ſicut te-

ut teſtatur Iob. 15. cap. Cunctis diebus ſuperbit impius.

Perdurationis autem huius in ſuperbia, tanquam in Lepra rationes ſunt. I. Quia eſt peccatum Diaboli, qui in ſua ſuperbia permanet æternum. II. Quia infirmitas non agnoſcitur, unde non curatur. Hinc Auguſtin. *Nemo inſanabilior eo, qui ſibi ſanus videtur.* Et Bernh. *Scio ægrum ſe non ſentientem, periculoſiùs laborare.* Quibus ſubſcribit Hieronym. *Difficulter ad ſanitatem venimus, quia nos ægrotare neſcimus.* III. Quia ſuperbus remedio non juvatur, imò deterior efficitur, ſicut patet in Iudæis, qui ex prædicatione deteriores ſunt effecti, Ioan. 9. In judicium veni in hunc mundum, ut qui non vident, id eſt, humiles cæci, videant; & qui vident, id eſt, in ſuperbia ſapientes, cæci fiant: & paulo poſt, ſi cæci eſſetis, id eſt, ſi vos cæcos reputaretis, non haberetis peccatum: Nunc vero dicitis, quia videmus, peccatum veſtrum manet. IV. Quia cœleſtis medicus ægros non recipit, quos & de medicamento deteriores fieri videt. Gregor. 5. quia ſuperbia longiſſimè diſtat ab humilitate, utpote, quæ ipſi ſit maximè contraria, ſola autem humilitas eſt via ad curationem. Superbis enim Deus reſiſtit, humilibus verò dat gratiam.

Secunda Lepra eſt in aduſtione, & fit ex cholera rubea corrupta, in mébris cũ melancholia, & dicitur Leonina à Leone. Provenit ab humore ferventiſſimo, & malitioſo, & ideo

more Leonis omnia membra corrodit, & conſumit.

Hac Lepra laborant impii, qui cum iracundia, & indignatione, ſeu vindictæ cupiditate detrahunt proximo ſuo. Vt videmus in Simone Leproſo, Luc. 7. qui videns Chriſtum à peccatrice tangi, Ait apud ſe, Hic ſi eſſet Propheta, ſciret utique, quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt.

Et ſicut hæc Lepra oritur ex ſanguinis aduſtione, ſic etiam hæc ſpiritualis Lepra provenit ex ſanguinis accenſione, & vindicativa inflãmatione. Et ut illa corpus, ſic hac anima corrumpitur & interficitur. Hinc Iſidorus de ſummo bono, *Ira corpus occidit, mentem ſtringit, proximum offendit, omnemq́; ſalutem corporis abijcit, &c.* Et Cic. lib. 4. Tuſcul. quæſt. *Ira veritatem tegit, juſtitiam pervertit, atque omnem virtutem abijcit, ipſamq́; animam offendit.* Vnde Ambr. de offic. lib. 1. *Reſiſte iræ ſi potes: cede ſi non potes. Si prævenerit & præoccupaverit mentem tuam iracundia, & aſcenderit in te, non relinquas locum tuum: Locus tuus patientia eſt.*

Hinc Ira comparatur I. Igni, ſicut enim ille omnia ligna ſibi appoſita accendit, & conſumit; ſic Ira accendit corpus, & illud manifeſtè tranſmutat, & conſumit. II. Apro, quia Iracundus ſicut Aper currit ad gladium ex furore. III. Ollæ ferventi, & bullienti, ſiquidem inſtar ollæ bullientis, aquam gratiæ ſpiritus ſancti conſumit, & tota mente evaporata, ebullit ſtulti-

ſtultitiam. IV. Arreptitio, quia ſicut ille ſeipſum lacerat, & interdum in aquas præcipitat, ſic iracundus ſeipſum conficit, & ante tempus conſumit.

Tertia Lepra eſt in ſiti, qua Leproſi ex humorum aduſtione perpetuò laborant.

Hac lue inficiuntur Avari, adumbrati in Giezi leproſo 4. Reg. 5. Vt enim Leproſi ſiti laborant, ſic avari torquentur deſiderio divitiarum, quarum poſſeſſione non poteſt impleri. I. Siquidem Anima Dei capax, non niſi Deo impleri poteſt. II. Quia cupiditas eſt ignis ardens cui nihil ſufficit, quandoquidem omnia conſumit, nam

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

III. Quia avari ſitis eſt in anima, quæ pecuniam, & ſimilia non capit, ſed loculis, cellis & ſimilibus conditoriis committit.

Quarta Lepra eſt in gravedine & ponderoſitate, quia Leproſi perpetua gravedine laborant.

Hoc morbo conficiuntur omnes deſides, & pigri ad bona & Chriſtiana opera & exercitia. Huius Lepræ Typum habemus Exodi 4. ubi Dominus Moſi dixit, Mitte manum tuam in ſinum tuum: quam cùm miſiſſet in ſinum, protulit leproſam inſtar nivis. Ille autem manum ſuam in ſinum mittit, qui deterior efficitur.

Quinta Lepra eſt in pinguedine, & ſignificat Gulam.

Digitized by Google

Sicut enim Lepra hominem turpem reddit, ſic Gula & Crapula animam. Deinde, quemadmodum Lepra humana tollit conſortia, ſic crapula divina diſſolvit contubernia, imò à cœleſti excludit civitate. Hinc Paul. 1. Cor. 6. *Nolite errare fratres, Ebrioſi regnum Dei non poßidebunt.*

Sexta Lepra eſt in putredine, ſiquidem illa ex quatuor humoribus putrefactis, corruptis & inflammatis oritùr. Hac Lepra laborant Invidi, ut videmus Numer. 12. in Maria ſorore Moſis, quæ ex invidia erga Moſen & Aaronem in hæc verba erupit: *Num per Moſen ſolum loquutus eſt Dominus? nonne & nobis ſimiliter loquutus eſt?*

Vt autem Lepra corpus putredine inficit, ſic Invidia animam. Hinc Proverb. 14. *Putredo oſſium Invidia.*

Et ſicut Lepra non facilè curatur, ita quoque Invidia. Invidia enim eſt inſtar rubiginis ferro adhærentis. Ideò Baſilius in Hexameron. *Sicut rubigo ferrum, ſic Invidia animam in qua naſcitur, corrumpit*; Quocirca ſapiens ita conſulit Proverbiorum capite vigeſimo quinto, *Aufer rubiginem de Argento, id eſt, Invidiam de Anima.*

Inprimis autem Invidia difficulter curatur, quia illa æquè eſt peccatum Diabolicum atq; ſuperbia, juxta illud ſapientis. 2. Invidia Diaboli, mors intravit in orbem terrarum.

Vide-

Videmus etiam Invidos tam Diabolica laborare malignitate, ut inſtar Diaboli, potiùs malum ſibi eligant, quàm videant proximi ſui bonum.

Septima Lepra deprehenditur ex anhelitus fœtore, quo miſerabiles illi homines tantopere laborant, ut ex illorum cohabitatione & converſatione Lepra contrahi poſſit.

Hæc Lepra eſt Luxuria, quæ non minus fœtet, quàm illa, imò longè graviùs, ſiquidem Deus & Angeli luxurioſos abhorrent. Hieronymus, *Qui luxuriatur, vivens mortuus eſt.* Et alibi, *O quàm acerbus fructus Luxuria, amarior felle, crudelior gladio. O ignis infernalis Luxuria, cuius materia Gula, cuius flamma ſuperbia, cuius ſcintillæ prava colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis immunditia, cuius finis gehenna.*

Obſervandum autem eſt, quatuor principales Lepræ ſpecies conſpici.

Prima provenit ex corruptione ſanguinis, & dicitur Elephantina, ab Elephante magno illo animali, quod crura habet inflexibilia. Et hæc eſt ſuperbia, quæ gloriatur de ſanguinis nobilitate, cùm tamen omnes pariter putredo & vermes ſimus. Crura non flectit, coram Deo ſe non humiliat. Diabolus cecidit, ſed reſurgere nequit.

Digitized by Google

Secunda provenit ex corruptione Phlegmatis, & vocatur Tyria, à Tyro ſerpente venenato, quandoquidem illa eſt admodum nociva, & mala. Et hæc eſt Invidia, quia ſicut illa incipit corrodere, ad membra exteriora procedens, ſic Invidia eſt primùm autoris ſui corroſiva; nam primò cruciat Dominum ſuum corde & mente, ex juſtiſſima Dei vindicta. Hinc Seneca: *Vtinam Invidi oculos in omnibus civitatibus haberent, ut de omnibus facultatibus torquerentur. Nam quanta felicium ſunt gaudia, tanti ſunt gemitus invidorum.* Et ſerpens ille quot maculas habet exteriùs, tot habet dolores interiùs.

Tertia provenit ex corruptione melancholiæ, & dicitur vulpina, ab animali illo melancholico & aſtutiſſimo. Hæc eſt avaritia, in qua terra præ cæteris dominatur, & plena eſt fraudibus & dolis, nec niſi fovea capitur. Luc. 16. Mortuus eſt dives, & ſepultus eſt in Inferno.

Quarta provenit ex corruptione Choleræ, & vocatur Leonina. Et hæc eſt Ira, quæ ex corruptione oritur, quando relicta correctione fraterna, non ad correctionem vitiorum, ſed ad correptionem perſonarum anhelat. Odio habeantur peccata, non homines: corripiantur, ſed tolerentur.

DISSERTATIO VI.

Quid per Samſonem in Libris Iudicum ſignificetur.

SAmſon occidit Leonem: Chriſtus convertit Gentiles.

Samſon ingreſſus ad meretricem; Chriſtus ad Gentes.

Samſon ligatus & ludibrio habitus: Chriſtus à Iudæis contemptus columnæ alligatus, & cruci affixus.

Samſon plures in morte occidit, quàm in vita: Chriſtus morte ſua omnem ſuperavit & domuit Diabolicum exercitum.

Samſon Gazæ obſeſſus ſurrexit media nocte, ſummovit portas, illasque deportavit in mortem: Chriſtus ante auroram ex ſepulchro cuſtodito prodiit, & Trophæa exhibuit in monte, aſcendens cœlum.

Samſon fuit fortis & infirmus: Chriſtus fuit fortis, & apparuit infirmus, quia infirmitates noſtras tulit. Eſaiæ 53.

Samſon in ore mortui Leonis favum mellis invenit: Chriſtus in Gentibus dulcedinem fidei, agnitionis & laudis.

Samſon ex molari dente Aſini aquam bibit: Chriſtus ex Gentibus refrigerii poculum.

Samſon maxilla Aſini mille occidit viros: Chriſtus prædicatione Evangelii, quod à pluribus contemnabatur, plures tàm Gentiles, quàm Iudæos.

Digitized by Google

Samſon conſtrinxit vulpes: Chriſtus aſtutos ſeductores & Hæreticos. Vid. Orig. S. Matt. hom. 35. Ambr. 2. de Spiritu ſancto. Hier. aduerſ. Iovinianum. Aug. S. Pſal. 80. 107. Greg hom. 21.

DISSERTATIO VII.

Quibus de Cauſis Miniſtri Eccleſiæ paſſim in ſacra ſcriptura Angelorum nomine appellentur.

1. QVia inſtar Angelorum aſtant in conſpectu Dei, eumq; celebrant.

2. Quia patefaciunt voluntatem Dei.

3. Quia annuntiant futura.

4. Quia variis de rebus movent pios.

5. Quia liberant ab hoſtibus, ac defendũt, videlicet, exhortando, admonendo, inſtituendo, & arma Spiritus exhibendo.

6. Quia Delectantur miniſterio Evangelii, & piorum ſalute.

7. Quia gaudent ſuper pœnitente peccatore.

8. Quia pugnant pro Eccleſia, & politia, eiuſq; pace: ut & pro œconomia, & infantib. in ea, parentibus & familia, videlicet à peccatis dehortando, ad pietatem exhortando, docendo & precando &c.

9. Quia procurant nuptias, ut Gen. 24. & Tob. 7. Eccleſiæ videlicet cum Chriſto.

10. Quia excitant dormientes, exhortando ad opera lucis.

11. Quia

II. Quia mortuos deducunt in ſinum Abrahæ, à terrenis deſideriis ad amorem cœleſtẽ deducendo, ut peccatis mortui juſtitiæ vivant.

Hinc Miniſtri diſcent, quo vitæ genere, quibus virtutibus & moribus excellere debeant, cum officiis & operationibus aſtringuntur Angelicis. Vnde etiam pii auditores erga fideles ſuos Paſtores ſe gerant, neceſſe eſt, ut teſtimonium audiant, quod Apoſtolus Paulus ſuis Galatis dedit, ſcribens capite quarto. Me ut Angelum Dei, & ut Chriſtum Ieſum excepiſtis.

Dissertatio VIII.

Quare hi iidem Miniſtri vocentur Paſtores.

QVia omnes boni Paſtoris proprietates habent.

I. Paſtores panes ſecum ſumunt, quib. non tantum vivum; ſed oves etiam ægrotantes refocillant. Hi panes trium ſunt generum. Primum eſt panis naturalis, per quem intelliguntur Eleemoſynæ, in quarum diſtributione Paſtor debet eſſe liberalis & benignus.

Secundum genus eſt Panis Spiritualis, qui denotat verbum Dei, quo totus grex eſt paſcẽdus. Hic Panis ita eſt diſtribuendus ut ab vniuerſis, ſecundum cujuslibet conditionem percipi, digeri, & virium confirmationem & vitæ con-

conſervationem, in purum & ſolidum alimentum converti poſſit.

Tertium genus Panis eſt Sacramentalis, qui in Cœna Dominica porrigitur; hic nullis ad Idololatriam humanis traditionibus involuendus, nec pecuniis ad lucrum vendendus, ſed ſecundum Chriſti inſtitutionem, ad confirmationem fidei, teſtimonium charitatis, & ſanctiſſimæ paſſionis redemptoris noſtri Ieſu Chriſti memoriam fidelibus diſtribuendus eſt.

Secundo boni Paſtores ſecum ducunt Canes, quibus Lupos & ſimiles feras abigant, & gregem defendant. Canes iſti ſignificant Vigilantiam, Prudentiam, Fortitudinem, & huiuſmodi alias virtutes, quibus Eccleſiæ Miniſtri opus habent, ut gregi ſalutariter præſint.

Lupi ſunt errores in doctrina, ac vitia & peccata in tota vita, quibus grex Eccleſiæ deſtruitur.

Tertio boni Paſtores habent flagellum, quo inquietos corrigunt, aufugientes repellunt, & ſingulos intra ſepta continent. Huiuſmodi flagello ſignificantur omnis generis ſalubres & neceſſariæ reprehenſiones, redargutiones, increpationes & admonitiones.

Quarto boni paſtores habent fiſtulam, qua gregem demulcent. Hæc eſt ſuaviſſima illa Evangelii prædicatio, qua immenſa Dei miſericordia, Ieſu Chriſti-dilectio, & Spiritus ſancti gratia celebratur, qua peccatorum remiſſio, & vitæ æternæ hæreditas annunciatur.

Quintò

Quintò boni Paſtores habent cornu, & per hoc ſignificatur tuba legis. Eſaiæ 58. Hac impiis terror incutiendus, hac contra hoſtes tam internos quam externos, carnem videlicet & Diabolum, eiuſque mancipia claſſicum canendum.

Et hi ſunt boni Paſtores, quos Deus ſuæ Eccleſiæ præficit.

Mali autem, qui ſe Simonia & aliis Diaboli artibus gregi obtrudunt, potius Struthiones, Bubones & Vultures, quam homines referunt:

Nam Struthiones pennas quidem habent excellentes, tamen non volant, ſed pedibus currunt in terra, adeo ut ſimilitudo ſolummodo ſit in colore, & non in virtute, ut ait Gregorius.

Huiuſmodi pennis denotantur ſcientiæ, quibus illi cœlum verſus evolare nequeunt, ſed in carne humi repunt, omni variis immerſis peccatis.

Quod Bubones attinet, de illis fuit olim obſervatum quod Templis delectentur, idque propter Oleum, quo lucernis extinctis veſcuntur: Sic quidam laborant, ut præficiantur Eccleſiæ, propter pinguedinem proventuum & ſtipendiorum, Evangelii lumen parum curantes.

Vultures autem fœtidæ, immundæ, & erga pullos impiæ ſunt, ut quos roſtro & pedibus ſubinde percutiant, & macilentos negligant. Huc addatur, quod legitur de Petro Sevonenſi

Digitized by Google

Epiſcopo, qui frequenti extaſi raptus hæc retulit: Nuper vidi quandam Dominam Specioſiſſimam auro & gemmis ornatam; quæ ait ad me cum ejus excellentiſſimam pulchritudinẽ admirarer. Quænam ſum ego? Et reſpondi. Videtur mihi quod ſis beata Virgo, & illa ait, reſpice me à tergo, cum eam à tergo reſpicerem, vidi eam putridam & vermibus ſcatentem, & ait: Nunc perpendere potes, me virginem glorioſam non eſſe, non ſum ego virgo Maria, ſed ſum mater Eccleſia, videlicet Romana, quæ in primo ſtatu, Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus & Virginibus fui pulcherrima & decenter ornata, nunc à poſteriore, id eſt poſtremo tempore, in Rectoribus & Prælatis, ſum putrida & corrupta, & ignominia plena: Et argentum meum verſum eſt in ſcoriam ut dicitur. Eſaiæ. 1.

DISSERTATIO IX.

Quare nullus Malleorum ſonus in templo fuerit auditus, cum illud Salamon ædificaret.

QVia in cœleſti ædificio & vero Salamonis tẽplo, nullus ſonus adverſitatis & afflictionis audietur. Vnde Ber. in ſuis meditationibus: In regione tua Domine amaritudo locum non habet. Non eſt adverſarius impugnans, nulla

rixa

rixa, nullum impedimentum, nullus timor, nulla inquietudo, nulla pœna, nulla impietas, nulla moleſtia nulla diſcordia, ſed pax ſumma, & laus æterna, ſecura, ſine fine requies, & gaudium ſemper cum ſancto Spiritu.

Poliuntur ergo lapides, qui ad tantum ædificium deſtinantur, dum fideles prius hic examinantur tribulationibus, & variis miſeriis, ut pulchri & politi in loco illo cœleſtis Templi honorificè ponantur. Quadratur lapis, inquit. Pet. Chryſol. in Epiſt. ut ſine ſonitu mallei in ædificio templi collicetur.

Nec in horreum Domini triticum deportatur, niſi prius flagellis, & triturantium pedibus ſit excuſſum. Sic vivi lapides in cœleſtem Hieroſolymam deportandi, hic poliuntur & excoluntur. Dat nobis vexatio intellectum. Movetur turbo, ut Elias rapiatur in cœlum. Inundat diluvium, ut Arca ſiſtatur in montibus, deponitur mortale, ut ſuſcitetur immortale &c. Si iniquus quiſq; in hac vita permittitur proſperari, neceſſe eſt, ut electus Dei debeat ſub flagelli fræno retineri. Gregor. Sed parva tolleramus, ſi recordemur, quid biberit ad patibulum, qui nos invitat ad cœlum.

Caſ. S. Pſal.

DE

DE VETERIS DEPRAVATI, NOVI ITEM AC REPArati nominis conditione & ſtatu,

Olim per Valentinum Cratoaldum, ex ſacris literis conſcripta diſſertatio, verè divina Myſterium Myſteriorum comprehendens.

IEsus CHRISTUS, Dominus & Salvator noſter Matth. 18. quærentibus Diſcipulis, quis maximus eſſet in regno Cœlorum? adcerſitum ad ſe puerum, ſtatuit in medio eorum, & dixit: *Amen dico vobis, niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non ingrediemini in regnum Cœlorum. Quiſquis igitur humiliaverit ſemetipſum ſicut puellus iſte, hic eſt ille maximus in regno Cœlorum.* & cap. 19. ait, *regnum Cœlorum eſſe eorum qui pueris ſimiles, & tales ſunt vt pueri. Item Marci* 10. *& Lucæ* 18. *Quicunq; non receperit regnum Dei velut puer, non intrabit in illud, &c.*

Quibus equidem oraculis, haud obſcurè ſignificavit, carnem omnem, quantumvis Ætate, Doctrina, Sapientia, Vitæque inſtitutis perfecta ſit, Cœlo indignam eſſe & minimè aptā, niſi convertatur, repuereſcat, & rurſus in Chriſto

ſto parvula fiat, & humilis, ut ita regnum Dei, non aliter quam quod parvula ſit, accipiat, & ingrediatur.

Et niſi Carnis vetuſtas, Spiritus novitate induatur in hominibus, omnes Carneos permanſuros, & regno Cœlorum indignos eſſe. Denique Chriſtianum populum non naſci in carne, ſed poſt nativitatem in carnem, novo partu & enixu in ſpiritum renaſci, & regenerari per Chriſtũ oportere. *Omnis Caro gramẽ, & omnis gloria eius quaſi flos agri: exſiccatum eſt gramen, & cecidit flos.* Eſaiæ 40. 1. Pet. 1. Ioan. aut. Epiſt. 1. cap. 5. *Omne quod natum eſt ex Deo vincit mundum*, &: *Hæc eſt victoria quæ vincit mundum* FIDES *veſtra. Quis eſt qui vincit mundum, niſi qui credit* QUOD IESUS eſt FILIUS DEI?

Iam igitur in homine duplex creatura annotetur. NOVA, & VETUS. Vetus ex ADAM: Nova in CHRISTO, 2. Corinth. 5. Proinde *ſi quis in* CHRISTO *eſt, nova Creatura eſt; vetera præterierunt.* Gal. 6. *In* CHRISTO IESU *neq; Circumciſio quicquam valet, neq; Præputium, ſed Nova Creatura.*

Duplex eſt enim homo, VETUS, & Novus. VETUS eſt Stultus, ignorans Deum, Cæcus, mortuus, Hypocrita, ambulans in tenebris, ſecundum carnem, ovis ſine Paſtore, Filius iræ, alienus à Deo, & Dei vita, converſatio eius eſt in Concupiſcentiis Carnis, ſub Principe Mundi, Deoque hujus ſeculi, in regno tenebrarum,

 pecca-

peccator, & damnatus, Scortator, fur, adulter, mollis 1. Cor. 6. Avarus maledicus, ebrioſus, rapax &c. ſed abluitur, ſanctificatur, & Iuſtificatur, hoc eſt, innovatur, in nomine Domini IESU, & Spiritu DEI noſtri, ut deinceps ſerviat Iuſtitiæ, & non Iniquitati ad Iniquitatem. Rom. 6.

Novus Homo omnia contraria habet, Domeſticus eſt DEI, Plenus DEO, habitaculum DEI per ſpiritum &c.

Ex VETERI enim renaſcitur Novus, & Imago VERITATI conformatur.

Homo eſt propter CHRISTUM in eo, novus, ob Spiritum DEI.

Eſt homo Externus, Internus; Animalis, Spiritualis. ut 1. Cor. 2. teſtatur Paulus.

Habet Caro ſuam ſobolem DEI opificio.

Habet quoq; DEUS filios DEI per DEUM, DEI opificio.

Infidelis Caro & peccatrix, Peccati autor eſt, & Propagatrix.

Deus per Spiritum ſuum filios DEI gignit: ac quæ DEI ſunt, DEUS auget & multiplicat.

Item homo Carnis, & homo Cordis, gignitur è carne; Carneus homo in ordinem creaturarum. Spiritualis gignitur è Spiritu, in ordinem Filiorum DEI, *& ad bona opera, ad quæ præparauerit nos DEVS, ut in eis ambularemus.* Epheſ. 2.

In Animam gignitur VETUS: In Spiritum

NOVUS

NOVUS. Hinc Corpus Animale, & Corpus Spirituale. Non primum Spirituale, ſed Animale; poſtea Spirituale. 1. Cor. 15.

Corpus peccati, Mortis, Carnis, coram DEO exuitur, dum Novus homo renaſcitur, ut non ſit amplius Mortis corpus, quamvis Mortale; ſed IUSTICIAE, VITAE, & SANCTIFICATIONIS.

Homo Vetus ex Carne & anima, id eſt, ex ſola Natura conſtat.

Homo Novus Caro eſt, & Spiritus DEI, id eſt, Natura & Gratia.

Duæ Naturæ in vna Perſona, CARO, & SPIRITUS DEI, Novum Hominem conficiunt. ſive ut 1. Theſſ. 5. SPIRITUS, ANIMA, & CORPUS. 1. Cor. 6. *Glorificate iam DEVM in Corpore veſtro, & in Spiritu veſtro, quæ ſunt DEI.*

Homo vetus è carne naſcitur, & CARO totus eſt. è Terra Terrenus. Ex Adam ipſius ſucceſſor & Hæres.

Novus Spiritu renaſcitur, & ſpiritualis eſt. è Cœlo Cœleſtis. Ex DEO Divinus, DEI Hæres, & CHRISTI Cohæres.

Naſcitur in Carne Filius Noctis, & Tenebrarum. Renaſcitur per Spiritum, Filius LUCIS, & DIEI. *Omnes vos Filii Lucis eſtis, ac Filii DIEI* 1. Theſſal. 5. 1. Ioan. 2. &c.

Ex non populo, fit Populus DEI. 1. Pet. 2. Lapides vivi. Rom. 9. Filii Promiſſionis. Ioann. 1. Qui non ex ſanguinibus. &c.

Ex DEO naſcitur Novus homo, habens Patrem DEUM, & Fratrem IESUM CHRISTUM in uno Spiritu. Exempli gratia; ſi rudem docueris, ſi ex Ruſtico Rhetorem aut Civem feceris, ex ſtolido prudentem &c. jam alius eſt non foris, ſed intus. Iam intus doctus eſt, peritus & Rhetor, & pro tali etiam foris, non pro veteri deinde agnoſcitur, ſic de Conſule, Rege: &c.

CHRISTUS æternus DEI filius, DEUS eſt & HOMO, atque is ex gratia Patris, Carni ſeſe offert, ſuumque & Patris Spiritum impertiens; Ioann. 14. *Ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus*: &c. Carni de ſuo addit, quod Divinum eſt, atque è Carne carnea & Terrea SPIRITUALEM ac COELESTEM RECREAT CREATURAM, Novum inquam hominem, & Chriſtianum. 1. Cor. 1. *Ex ipſo autem vos eſtis in* IESU CHRISTO. Ephe. 5. *Ex Carne eius, & ex oſſibus eius*: ex Homine Homo, ex DEO, DEUS & Homo naſcitur: ſicut Sol radium ſuum in tenebris emittit, & in ipſis Luce ſua novum ſpeciem producit; ita Lux vera in tenebris lucens, Filios DEI facit quotquot eam recipiunt. Ioann. 1. Renaſcitur ex aqua & Spiritu. *Niſi enim quis renatus fuerit è ſupernis, non poteſt videre regnum* DEI. Ioan. 3.

Quos verò gignit Superna Nativitas, etiam ſuis aquis rigat & abluit, dum carnem ſpiritu vivifican-

vivificante perfundit ac inungit. Hinc rivus, quo cor immundum purificatur, deriuari incipit, quando inquam lavacro regenerationis & renovationis Spiritus Sancti, mentes & corda infidelia purgantur, atque, ut dictum eſt, vetuſtas in nomine IESU abluitur, & ſanctificatur: &c.

Vide autem quanta ſolicitudine & diligentia CHRISTUS Ioan. 3. Nicodemum hominem veterem de renaſcentia NOVI HOMINIS erudiat. Simulque Ioan. 9. illuminaturus cæcum natum, luto ſputi ſuæ carnis, oculos Cæci perungit, mox ad Aquas Siloa mittit, ex quibus ille lotus cæcicatem cum luce commutavit.

Eandem autem etiam aquam, Novus partus & infans recenter Spiritu progenitus, tota vita bibit; hanc etiam dat Chriſtus. Atque eo fit, *ne quis ſitiat in æternum, quoniam Aquam quam dat verbum Patris, fit in eo Fons aquæ ſalientis in Vitam æternam*, Ioan. 4.

Præterea hac aqua quamdiu vivit, *pedes lavat*, Ioan. 13.

Ergo ex Auditu & conceptu interno verbi DEI, deponitur vetus converſatio, & corrumpi incipit Vetus homo, juxta concupiſcentias corporis, & renovationis mentis noſtræ, induitur Novus homo, qui juxta Deum conditus eſt, in Iuſtitia, & ſanctitate Veritatis. Epheſ. 4. Rom. 6.

Atque iſta eſt Converſio Peccatoris, quam vult DEUS Ezech. 18. cum dicit, *Convertimini, & agite Pœnitentiam ab omnib. iniquitatibus veſtris.*

DEUS Pater per verbum ſuum creat Veterem creaturam & hominem, atque idem ex Miſericordia, & multa charitate vocavit, elegit, prædeſtinavit, benedixit, & glorificavit Novum hominem per IESUM CHRISTUM, *ſecundum beneplacitum voluntatis ſuæ.* Epheſ. 1. Rom. 8. Et cum illo vivificavit, conreſuſcitavit, & ſedere fecit inter Cœleſtes in CHRISTO IESU, &c. 1. Epheſ. 2. *in laudem gloriæ ipſius, ex bonitate erga nos per IESUM CHRISTUM.*

Iamque non ſolum Creator eſt noſter, ſed & PATER factus eſt, per IESUM CHRISTUM.

CHRISTUS quoque DEI Filius, cum Patre per communem Spiritum in carne redimit, reparat, expiat, ac plane recreat novo opificio, hominem & Carnem: Spiritualemque facit, ut membrum ſuum eſſe valeat in DEO, ex homine divinum, & Dei filium faciens.

Ergo per Chriſtum, Dei Patris verbum incarnatum, carni impiæ, mortuæ, damnatæ & maledictæ, infunditur cœleſtis lux, DEI ſapientia, Iuſtitia, Veritas, ſanctitas æterna, quæ eſt Chriſtus.

Seminis

Seminis æterni granum, cordi hominis indit Deus, quo deinde homo creſcat, & in virum in Chriſto adoleſcat. Suæ Naturæ divinæ participem facit carnem Deus, per & propter Chriſti carnem, radium è ſuo ſole tenebris hominum immittit, novumque hominem in Spiritu Sancto regenerat. Non enim Carnales aut ſecundum carnem homines ſunt Filii DEI, neque omnium Pater eſt, quorum creator eſt Deus.

Porro fide in Ieſum Chriſtum, verbum Dei Patris incarnatum, in corde Veteris hominis Secunda Nativitas peragitur, fide inquam in Chriſtum, qui aſcendit in Cœlum ad dexteram Dei profectus, 1. Pet. 3.

Quique deſcendit è Cœlo, ut per ipſum reconciliarentur cuncta pacificatis per ſanguinem Crucis eius per eundem, ſiue quæ in terra ſunt, ſiue quæ in cœlis, Col. 1.

Dum ad inſtar ænei ſerpentis, in cruce exaltatus eſt, *& traditus propter delicta noſtra, reſurrexit propter Iuſtificationem noſtram*, *Ioann.* 3. Rom. 4. *Semper autem in cœlis fuit implens omnia. A Fide in Chriſtum factum pro nobis peccatum* 2. Cor. 5. *& maledictum* Gal. 3. *& qui delevit Chirographum, quod erat contrarium nobis per decreta, & illud ſuſtulit è medio affixum cruci,* Col. 2. incipit Vetuſtatis abolitio, & Novi fœtus conceptio.

Quemadmodum autem Matres pueros ad ſepulcra parentum, aut parta Tro-

phæa perducunt, ita hunc puerum, rectè ad Chriſtum crucifixum, mortuumque & ſepultum pro peccatoribus primum duxeris, ibi enim moritur peccatum veteris Adæ, concrucifigitur corpus peccati, mors moritur, peccatum aboletur, gratia & remiſſio paratur. Nam cum vetus homo jam ante natus ſit, atque educatus, vivat vita animæ quantumvis intus mortuus & damnatus, rectè malè viventem ad crucem & mortem Chriſti adduxeris, qua hæc omnia in melius inſtaurata & pacata ſunt, quæ mala ſunt & Deo diſplicent, ut etiam vetus moriatur, ad mortuum pro ſe, perducitur, utj Vetuſtas ſepeliatur & exuatur, ad ſepultum pergit, moxque deinde, cum reſurgente reſurgat, & convivificetur Spiritu, novam vitam induat, novum hominem cum CHRISTO vivente vivat, & Chriſtum autorem vitæ, referens in dies ſingulos, ad ipſius imaginem effingatur à gloria in gloriam.

Etenim quando caput corporis Eccleſiæ ſuæ CHRISTUS, mortuum eſt, commortua ſunt & cum eo membra omnia, imo pro omnibus quibuſvis membris mortuum caput eſt.

Quando etiam vitæ redditùm caput, convivificata ſunt membra omnia cum capite. Non prius autem hæc Capitis beneficia ad quoſvis pertingunt aut pertinent, quam fide in corpus vivum cum capite inſeruntur fidelia membra, & coagmentantur. Epheſ. 4. Col. 2.

CHRI-

CHRISTUS ſanè a cruce & morte, potiſſimum prodeſt, mortuus enim vivificat, crucifixus glorificat, exaltatus in cruce omnes ad ſe trahit & exaltat, reſurgens regnat, & convivificat, id eſt, peccato mortuus, peccatum ſemel abolet, inferos vincit, maledictionem tollit, benedictionem profert, & ſalvat.

Iure igitur huc adducitur homo Innovandus, & Vetus ut cum crucifixo in crucem figatur, cum moriente moriatur, & conſepeliatur, & cum reſurgente Victore, vitam aſſumat, non obnoxiam peccato, aut carnalem ſeu mortuã, ſed ſpiritu vivificetur, depoſita quantum ad conſpectum DEI attinet tota vetuſtate, & corpore peccati.

Moritur enim vetus homo coram DEO, ſed non ſtatim mortuus eſt ſibi, neq; ſtatim mundo ſepelitur, ſed in carne, ut charitatem exerceat, & pro DEI gloria ad juſtum incrementum relinquitur, commori tum ſanè incipit, donec totus moriatur, Epheſ. 2. *Convivificavit nos unà cum CHRISTO, &c* *Rom. 6. Quotquot baptizati ſumus in CHRISTUM IESUM, in mortem eius baptizati ſumus, &c.*

Sic quoque *ſanctificatur Vetus homo, per oblationem corporis IESU CHRISTI ſemel peractam,* Hebr. 10. *per quem habemus redemptionem per ſanguinem ipſius,* Epheſ. 1. *Condonans nobis omnia delicta.* Coloſ. 2.

Inde factum eſt ut CHRISTUS crebrò ſuã paſſionem, diſcipulis inculcârit, & Ioan. 12. dixerit,

Digitized by Google

xerit, Niſi granum frumenti deiectum in terram mortuum fuerit, &c. cùm autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

Ideò ad hos fructus maturos, & ad hunc Paradiſum, inducitur Vetus homo, ut guſtu novorum fructuum, id omne mali in bonum vertatur, quod vetitus Parentum eſus invexit in carnem, & quod præterea carnem, & veterem creaturam conſequitur. Paulus etiam 1. Cor. 1. Prædicat *Chriſtum crucifixum*, & 1. *Corint*. 2. *non iudicat ſe quicquam ſcire inter Chriſtianos, niſi IESVM, & hunc quidem crucifixum.* Præterea creberrimè CHRISTI crucem & mortem in epiſtolis ſuis repetit, Epheſ. 1. Rom. 4. Col. 2. Phil. 2. Gal. 4.

Summam verò Evangelii 1. Cor. 15. complexus, *Tradidi*, inquit, *vobis, quod & acceperam,* CHRISTVS *mortuus fuerit pro peccatis noſtris.* CHRISTVM, CHRISTVM *mortuum pro peccatis* prædicat, &c. Petrus etiam Actor. 2 IESVM *Nazarenum* &c. *crucifixum intereміſtis.* Item Actor. 3. *DEVS Abraham, Iſaac &c. quem vos tradidiſtis ac negaſtis in conſpectu Pilati, &c.* eodem capit. *Autorem vitæ interfeciſtis, quem DEVS ſuſcitavit à mortuis,* &c. & cap. 4. *Per nomen* IESV CHRISTI *Nazareni, quem vos crucifixiſtis, &c.* Item 1. Petr. 1. *Per reſurrectionem* IESV CHRISTI *ex mortuis.* Denique 1. Ioan. 4. *Filium ſuum unigenitum miſit DEVS in mundum, ut vivamus per eum, &c.* Item, *Vita æterna in Filio eius eſt.* Item cap. 1. *Sanguis* IESV CHRISTI *filij*

eius

Digitized by Google

eius,&c.cap. 2. *Advocatum habemus apud Patrem, &c. Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Oportuit namq; CHRISTUM pati, & reſurgere tertia die, &c. & prædicare ſub nomine eius pœnitentiam, & remiſsionem peccatorum*, Luc. vlt. *ut quotquot confeſſi fuerint ore ſuo Dominum IESVM, & crediderint, quod DEVS illum excitavit à mortuis, ſalvi fiant* Rom. 10. *quoniam qui adhæret Domino, unus ſpiritus eſt.* 1.Cor. 6.

Itaque toto ſtudio, & ante omnia prædicandus eſt CHRISTUS crucifixus, mortuusque, & qui reſurrexit, jam nunc ſedens ad dextram Patris: ad crucifixumque pellicendi ſunt omnes homines.

Hîc enim diſcent cur MORTUUS fuerit CHRISTUS, cur pro ſe, nempe quia damnati ipſi & peccatores, mortui, maledicti, diſcent peccati malitiam, pro qua mortuus eſt CHRISTUS, terrebuntur cognitione peccati, propter quod tam horrendam mortem crucis obierit CHRISTUS, diſcent quid peccatum, &c. Atque huc pertinet officium Spiritus, revelantis peccatum. Diſcent amare CHRISTUM, intelligentes quales fuerint ſine CHRISTO, aut eſſent ſine illo; quales per illum facti ſunt, quantum beneficiorum CHRISTUS in peccatores impenderit, quum amârit perditos etiam, &c. Nam ſimul Morbum, ſimulque Medi-

Medicum atque Pharmacum in cruce & morte CHRISTI inveniunt peccatores.

Et ſic hactenus de Novi hominis conceptu, partu & vita. Nunc pluribus agemus, idque per partes.

SEMEN, quo Fœtus NOVÆ CREATVRÆ in homine formatur, Verbum DEI eſt, Iacob. 1. *Sua voluntate edidit nos ſermone veritatis, ut ſimus nos initium aliquod creaturarum eius.* En tibi novæ creaturæ primordia. ibid. *In manſuetudine ſuſcipe inſitum ſermonem, qui poteſt ſalvare animas veſtras.* 1. Pet. 1. *Regenerati ex ſemine immortali, per verbum* DEI *viventis & manentis in ſecula.* Et, *Deus & Pater ſecundum ſuam magnam miſericordiam, regenuit nos in ſpem vivam, &c.* Epheſ. 2. Ioan. 1. 1. Theſſal. 1. *Accepiſtis non ſermonem hominum, ſed ſicut verè erat, ſermonem* DEI, *qui & agit in nobis credentibus.* Luc. 8. *Parabola ſeminis, id eſt, Verbi* DEI.

MATER eſt Gratia DEI, atque Spiritus CHRISTI, denique viſcera IESV CHRISTI, Galat. 4. Quæ ſurſum eſt Hieruſalem, quæ eſt Mater omnium noſtrorum.

VTERVS eſt ſinus cordis, & caro in qua naſcitur, creſcit & habitat novus homo.

OSSA & NERVOS ex interno robore ſpiritus accipit, ſecundùm efficaciam internam fortitudinis ſpiritus, & inhabitantis CHRISTI, Epheſ. 3. *Vt fortitudine corroboremini per ſpiritum ſuum in internum hominem, ut inhabitet* CHRISTVS *per fidem in cordibus veſtris.*

NASCI-

Digitized by Google

NASCITUR DEO Patri filius, & hæres per Chriſtum, Chriſto frater & cohæres, renaſcitur inquam in carne, *ad imaginem & ſimilitudinem Dei.* Col. 3. *Qui renovatur ad imaginem eius, qui condidit illum.* 1. Ioan. 5. 1. Cor. 15. *Quemadmodum portavimus imaginem terreni, &c.*

PUER eſt, mox Infans, Adoleſcit poſtea, dein VIR perfectus in CHRISTO IESU evadit. Creſcit in puerum, creſcit de fide in fidem, fitque in dies ſingulos ſalus eius propior, quàm cùm crediderit. Rom. 13.

Adoleſcit ut poſſit in eo revelari vita Chriſti, & cognitio. 2. Cor. 4. *Chriſto lapidi angulari ſuperædificatus, creſcit in templum ſanctum, in Domino, & habitaculum Dei per ſpiritum.* Epheſ. 2. 1. Pet. 2. GRATIA & PAX *in illo multiplicantur.* 1. Pet. 1.

Quò magis autem externus homo corrumpitur cruce & afflictione, hoc amplius internus renovatur de die in diem. In ſecunda epiſt. ad Cor. 4.

Renatus lavatur, lauacro Regenerationis. ad Tit. 3. *ut Iuſtificati illius gratia, &c.* capit. 2. *Purificavit ſibi populum peculiarem, &c.* ad Epheſios cap. 5. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, &c. ut illam ſanctificaret, mundatam lavacro aquæ per verbum DEI, &c. Aſpergitur ſanguine Chriſti.* In 1. Petr. 1. Hebræor. 1. 2. *Reconciliati ſumus Deo per mortem filii eius.* Rom. 5. *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore, &c. ut Iuſtitiæ vivamus.* 1. Petr.

1. Petr. 2. Abluitur ſanctificatione Spiritus in obedientiam.

Huc ſpectat Baptiſmus, & tota mors vetuſtatis, & quicquid ad innovationem in CHRISTO commodum eſt. Col. 2. 1. Pet. 3. Eph. 5. Tit. 3. Rom. 6. *In vno ſpiritu omnes. In unum corpus baptizati, &c.*

Cibo grandeſcit puer, cibatur eſuriens, & natus, ac lotus, antea tamen lacte & melle, quàmdiu parvulus eſt. 1. Cor. 4. 13. Hebr. 6. 1. Petri 2. Quaſi modo geniti infantes, lac rationale, & quod dolum neſcit, &c. *Enutritur in ſermone fidei & ſanæ doctrinæ.* 1. Tim. 4.

CHRISTUS in illo creſcit, &c. Mox ad adipem frumenti, & panem cœleſtem perducitur, ut corpore Chriſti, & ſuo ſanguine ſaturetur. Solidus eſt iſte cibus, videndumque quando & quibus, & in qua ætate conveniat; Baptizatis, innovatis & ſpiritualibus commodus eſt iſte cibus. Quæ ad Cœnam Dominicam, & animarum papula attinent, hunc locum habent & vendicant, 1. Cor. 10. & 11.

INDVITVR & VESTITVR. Totus ornatus Novi hominis eſt CHRISTUS. Rom. 13. Luc. 15. 1. Ioan. 2. *Sitis induti tanquam dilecti DEI,* Col. 3. Nam etiam foris prodit ſe nudum non eſſe, dum bonis operibus fidem internam declarat, & ornat.

Succincti lumbis mentis veſtræ, 1. Petr. 1. *Indutus arma lucis,* Romanor. 13. Galat. 3. *Quicunque*

bapti-

baptizati eſtis, CHRISTVM induiſtis. Filius eſt Dei, Rom. 8. Hebr. 2. 1. Ioan. 3. Gal. 4. *Dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri, &c. Frater eſt CHRISTI,* Hebr. 2. Matth. 12. *Quiſquis fecerit voluntatem Patris mei, &c. Hæres Dei, & cohæres CHRISTI,* Rom. 4. & 8. Gal. 4.

Vetus homo *ſervus eſt peccati; neque manet in domo,* Ioan. 8. Gal. 3. *Omnes enim filij Dei eſtis, eò quod credidiſtis CHRISTO IESV.*

Docetur, Patris tractu ad CHRISTUM venit, *erunt enim omnes docti à Deo,* Ioan. 6. *Et omnis qui audivit & didicit à Patre, &c. Qui ex Deo eſt, verbum Dei audit,* Ioan. 8. *Dat Deus leges ſuas in mentem eorum, ut omnes cognoſcant eum à minimo uſque ad maximum,* Hebr. 8. *Inſcribitur Evangelium in tabulas cordis carneas, per ſpiritum,* 2. Corinth. 3. *non atramento, ſed ſpiritu Dei viventis.* Hinc nova & ſpiritualis in eo naſcitur ſapientia & prudentia, de qua ſępe Paulus, Novus affectus, Rom. 8. *ut ſpiritualia ſpiritualiter comparet, & ſpiritualibus accommodet.* 1. Cor. 1. *Qui ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt; qui ſecundum ſpiritum, quæ ſpiritus ſunt curant.* Roman. 8. *Animalis homo & ſpiritualis.* 1. Cor. 2. ut ſupra. Hinc quoque alii oculi, Epheſ. 1. *Illuminatos oculos mentis veſtræ.* Alii dentes, 1. Petr. 2. *ſiquidem guſtaſtis quod benignus ſit Dominus.*

Cognoſcit iam mentem Domini, quia nobis revelavit Deus per Spiritum ſuum. *Et Chriſtum factum*

factum nobis à Deo ſapientiam, Iuſtitiam, & Redemptionem intelligit 1.Cor.1.& 2.

Novum muſtum in utres novos fundi iubet CHRISTUS. Luc. 5. Iam utique ex hoc fonte ſcaturiunt rivi ſpiritualis judicii & cognitionis, ut dicamus cum Paulo; *Itaque poſthac neminem novimus ſecundum carnem porro etiamſi cognovimus ſecundum carnem Chriſtum, tamen non amplius novimus*, 2.Cor.5.

Quamvis verò internè, Deus propter Chriſtum per ſpiritum ſanctum doceat ac formet, utitur tamen etiam externo miniſterio ſpiritualium miniſtrorum qui cooperarii ſunt Dei, coagricultores & coarchitecti, qui ſuam prolem inſtituant, portent in utero, alant, doceant, effingant, lavent, cibant, educent, &c. 2.Cor.3.

Miniſtri ſpiritus novi Teſtamenti, non literæ, ſed ſpiritus, Præcones verbi DEI, & tota diſpenſatio Myſteriorum DEI, huc pertinet 1.Cor.4. *Ego plantavi*, &c. *DEI agricolatio eſtis*, 1. Cor. 3. *Quamvis multos pædagogos habeatis in Chriſto, non multos tamen Patres, in* CHRISTO IESU *per Evangelium ego vos genui*, 1. Cor. 3. 2. Cor. 3.4. Eph.4. Gal.4. Filioli mei quos iterum parturio &c. Paſcuunt iſti quantum in ipſis eſt, gregem Chriſti, 1.Pet.5. Rom.10. Varia dona habent ſecundum datam gratiam, Rom.12. Eph.4.

Tales Miniſtri ſpiritualibus ſpiritualia diſſerunt diſcipulis, 1. Cor.2. & ſapientiam inter perfe-

Digitized by Google

perfectos loquuntur: carnalibus autem ea annuntiant, quæ deceant infantes, qui lacte non ſolido cibo, alendi ſunt. 1. Cor. 3. Hebr. 5. 6. Habent poteſtatem in ædificationem, 2. Cor. ultimo; Verſantur cum omnibus tanquam pater cum filiis, & placidi ſunt in medio eorum, quos docent, perinde atque nutrix fovet filios ſuos, 1. Theſſ. 2. Accerſeri hic poſſunt omnia quæ de Miniſtris Verbi, Doctoribusque ſcripta ſunt, Vita & Doctrina Apoſtolorum, ac totius doctrinæ Dei officia, denique Catechiſmus.

Liber eſt à metu mortis per CHRISTUM, qui carni & ſanguini communicavit. Hebreos 2. Liber à peccato; ſervit autem Iuſtitiæ Dei, Rom. 6. & 7.

Liberatus per CHRISTUM ab ira ventura, 1. Theſſ. 1. Coloſſ. 2. etiam ab Elementis mundi. Nam non eſt ei vis mundi, ſed Cœli, Col. 2. Huc referenda eſt ſervitus libertatis in Charitate, 1. Corinth. 9. & 13.

Habet arrhabonem Spiritus, 1. Ioan. 2. *Ex hoc agnoſcimus quod in eo manemus, & ipſe in nobis.* Item 2. Corinth. 5. 1. Timoth. 1. *quod qui paravit nos in hoc ipſum Deus, &c.* 2. Cor. 5.

Hinc eſt robur Fidei. Hoc ſucco creſcit, & impinguatur nova creatura. Hinc certus eſt ſe diligi à Deo. Rom. 5. 1. Cor. 5. 2. Cor. 1. 5. *Atq; hæc eſt unctio quæ docet omnia,* 1. Ioan. 2. *Qui Spiritu Dei aguntur hi ſunt filij Dei,* Rom. 8. *Obſignati eſtis Spiritu promiſſionis, &c.* Eph. 1.

Operatur bona opera, Sabbathum agens à priſtinis

Digitized by Google

filiorum Dei, quæ eſt ipſius anchora, Hebr.6. *Quæ eſt in Sanctitate*, Hebr.12. *Gloriatur in ſpe acquiſitæ redemtionis: gloriatur in tribulatione*, Rom. 5. *ſpem fixam habet in Deo vivente, qui eſt Servator omnium*, 1. Timoth.4. *ſub cruce*, Hebr. 10.

Adjunge quæ de cruce, paſſionibus, afflictionibus, perſecutionibus, vinculis, patientia, longanimitate &c. colligi poſſunt. Imo *tota vita crux eſt, & mortis exſpectatio*, Iacobi 1. *Compatitur ut glorificetur, ovis deſtinata mactationi*, Rom. 8. Col.1. *In carne ambulat, ſed non ſecundum carnem, Spiritu enim Dei agitur*. Galat. 5. *Ambulat in novitate vitæ*, Rom. 6. *Iuſtus eſt, vivit in fide*, Rom. 5. *Ambulat in fide, non in ſpeciem*, 2. Corinth. 5. *Spe ſalvus eſt*, Rom. 8. *& ex gratia*, Epheſſ. 2. *Habet bonam conſcientiam erga omnes ſemper honeſte cupiens verſari*, Hebr.13. *Obedit verbo Dei in juſtitia*, Rom. 6. id eſt, Chriſto. *qui omnibus obedientibus ſibi factus eſt cauſſa ſalutis æternæ* Hebreo. 5. *Non peccat*, 1. Ioan. 2. *Præbet membra ſua arma juſtitiæ Deo in ſanctificationem*, 1. Rom. 6. 1. Ioan. 3. *omnis qui natus eſt ex Deo non peccat, quoniam ſemen ipſius in eo manet, &* 5. *Qui natus eſt ex Deo, ſervat ſemet ipſum, & malus ille non tanget eum, &c.*

Ideo IUSTUS eſt NOVUS HOMO, quatenus Novus homo fidelis & in CHRISTO eſt, Rom.8. Peccator eſt & injuſtus, quatenus Vetus eſt & carneus, *quia in carne non habitat bonū*, Roman. 7. ſed non imputatur peccatum, *corpus enim mortuus eſt, propter peccatum Spiritus autem vita eſt propter Iuſtitiam*. *Rom*. 8.

Curandum

Curandum eſt autem ut maneat in fide ſtabilis, & fundatus, *neque dimoveatur à ſpe Evangelij*, Col. 2. Servandum initium ſubſtantiæ Chriſti ad finem uſque, Hebr. 3.

Quam autem pœnam expectent qui à Verbo excidunt, poſtquam illuminati fuerint Heb. 6. ſcriptum eſt.

Reportat autem *finem fidei ſuæ ſalutem animæ*, 2. Pet. 1. *& vitam æternam ex dono Dei*, Rom. 6. *per Ieſum Chriſtum qui eſt pax noſtra*, Ephe. 2. *Et conciliavit, & pacificavit:* Coloſſ. 2 *Miles eſt militans bonam militiam*, 1. Timoth. 1. *fert afflictiones, ut bonus miles Chriſti*, 2. Timoth. 2. *arma Iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris*, 2. Corint. 6. *Iterum de armis* 2. Cor. 10. & 12. 1. Theſſ. 5. *Tota armatura Dei indutus*, Epheſs. 6. adverſario obambulanti, & tanquam Leoni rugienti, id eſt, Diabolo ſolida fide reſiſtit, 1. Petr. 5. Huc adde omnes locos ſcripturæ, de ferendis patienter afflictionibus. *Currit in ſtadio reſpiciens* ad fidei ducem, & conſummatorem IESUM, Hebr. 12. Fortis eſt per Dominum, perq́; potentiam roboris illius, &c. In carne ambulantes, non ſecundum carnem militamus, 2. Cor. 10. Miro autem Dei conſilio quoque factum eſt, ut cum Diabolus primum hominem eliſerit & vicerit, Homo novus rurſus triumphet in Chriſto de Diabolo, victoremq́; vincat, inimicum, elidat, & proſternat, Satanam cum omni ſua pompa, regno, faſtu, & aſtu ſpiritualis nequitiæ, provocans ſubinde ad pugnam, illius imperio renuntians, &c. ſubinde

xerit, Niſi granum frumenti deiectum in terram mortuum fuerit, &c. cùm autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

Ideò ad hos fructus maturos, & ad hunc Paradiſum, inducitur Vetus homo, ut guſtu novorum fructuum, id omne mali in bonum vertatur; quod vetitus Parentum eſus invexit in carnem, & quod præterea carnem, & veterem creaturam conſequitur. Paulus etiam 1. Cor. 1. Prædicat *Chriſtum crucifixum, & 1. Corint. 2. non judicat ſe quicquam ſcire inter Chriſtianos, niſi IESVM, & hunc quidem crucifixum.* Præterea creberrimè CHRISTI crucem & mortem in epiſtolis ſuis repetit, Epheſ. 1. Rom. 4. Col. 2. Phil. 2. Gal. 4.

Summam verò Evangelii 1. Cor. 15. complexus, *Tradidi*, inquit, *vobis, quod & acceperam,* CHRISTVS *mortuus fuerit pro peccatis noſtris.* CHRISTVM, CHRISTVM *mortuum pro peccatis* prædicat, &c. Petrus etiam Actor. 2 IESVM *Nazarenum* &c. *crucifixum interemiſtis.* Item Actor. 3. *DEVS Abraham, Iſaac &c. quem vos tradidiſtis ac negaſtis in conſpectu Pilati, &c.* eodem capit. *Autorem vitæ interfeciſtis, quem DEVS ſuſcitavit à mortuis,* &c. & cap. 4. *Per nomen* IESV CHRISTI *Nazareni, quem vos crucifixiſtis, &c.* Item 1. Petr. 1. *Per reſurrectionem* IESV CHRISTI *ex mortuis.* Denique 1. Ioan. 4. *Filium ſuum unigenitum miſit DEVS in mundum, ut vivamus per eum, &c.* Item, *Vita æterna in Filio eius eſt.* Item cap. 1. *Sanguis* IESV CHRISTI *filij*

Digitized by Google

eius, &c. cap. 2. *Advocatum habemus apud Patrem, &c. Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Oportuit namq; CHRISTUM pati, & reſurgere tertia die, &c. & prædicare ſub nomine eius pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum*, Luc. ult. *ut quotquot confeſſi fuerint ore ſuo Dominum IESVM, & crediderint, quod DEVS illum excitavit à mortuis, ſalvi fiant* Rom. 10. *quoniam qui adhæret Domino, unus ſpiritus eſt*. 1. Cor. 6.

Itaque toto ſtudio, & ante omnia prædicandus eſt CHRISTUS crucifixus, mortuusque, & qui reſurrexit, jam nunc ſedens ad dextram Patris: ad crucifixumque pellicendi ſunt omnes homines.

Hic enim diſcent cur MORTUUS fuerit CHRISTUS, cur pro ſe, nempe quia damnati ipſi & peccatores, mortui, maledicti, diſcent peccati malitiam, pro qua mortuus eſt CHRISTUS, terrebuntur cognitione peccati, propter quod tam horrendam mortem crucis obierit CHRISTUS, diſcent quid peccatum, &c. Atque huc pertinet officium Spiritus, revelantis peccatum. Diſcent amare CHRISTUM, intelligentes quales fuerint ſine CHRISTO, aut eſſent ſine illo; quales per illum facti ſunt, quantum beneficiorum CHRISTUS in peccatores impenderit, quum amârit perditos etiam, &c. Nam ſimul Morbum, ſimulque Medi-

Digitized by Google

Medicum atque Pharmacum in cruce & morte CHRISTI inveniunt peccatores.

Et ſic hactenus de Novi hominis conceptu, partu & vita. Nunc pluribus agemus, idque per partes.

SEMEN, quo Fœtus NOVÆ CREATVRÆ in homine formatur, Verbum DEI eſt, Iacob. I. *Sua voluntate edidit nos ſermone veritatis, ut ſimus nos initium aliquod creaturarum eius.* En tibi novæ creaturæ primordia. ibid. *In manſuetudine ſuſcipe inſitum ſermonem, qui poteſt ſalvare animas veſtras.* I. Pet. I. *Regenerati ex ſemine immortali, per verbum DEI viventis & manentis in ſecula.* Et, *Deus & Pater ſecundum ſuam magnam miſericordiam, regenuit nos in ſpem vivam, &c.* Epheſ. 2. Ioan. I. I. Theſſal. I. *Accepiſtis non ſermonem hominum, ſed ſicut verè erat, ſermonem DEI, qui & agit in nobis credentibus.* Luc. 8. *Parabola ſeminis, id eſt, Verbi DEI.*

MATER eſt Gratia DEI, atque Spiritus CHRISTI, denique viſcera IESV CHRISTI, Galat. 4. Quæ ſurſum eſt Hieruſalem, quæ eſt Mater omnium noſtrorum.

VTERVS eſt ſinus cordis, & caro in qua naſcitur, creſcit & habitat novus homo.

OSSA & NERVOS ex interno robore ſpiritus accipit, ſecundùm efficaciam internam fortitudinis ſpiritus, & inhabitantis CHRISTI, Epheſ. 3. *Vt fortitudine corroboremini per ſpiritum ſuum in internum hominem, ut inhabitet CHRISTVS per fidem in cordibus veſtris.*

NASCI-

Digitized by Google

NASCITVR DEO Patri filius, & hæres per Chriſtum, Chriſto frater & cohæres, renaſcitur inquam in carne, *ad imaginem & ſimilitudinem Dei.* Col. 3. *Qui renovatur ad imaginem eius, qui condidit illum.* 1. Ioan. 5. 1. Cor. 15. *Quemadmodum portavimus imaginem terrent, &c.*

PUER eſt, mox Infans, Adoleſcit poſtea, dein VIR perfectus in CHRISTO IESU evadit. Creſcit in puerum, creſcit de fide in fidem, fitque in dies ſingulos ſalus eius propior, quàm cùm crediderit. Rom. 13.

Adoleſcit ut poſſit in eo revelari vita Chriſti, & cognitio. 2. Cor. 4. *Chriſto lapidi angulari ſuperædificatus, creſcit in templum ſanctum, in Domino, & habitaculum Dei per ſpiritum.* Epheſ. 2. 1. Pet. 2. GRATIA & PAX *in illo multiplicantur.* 1. Pet. 1.

Quò magis autem externus homo corrumpitur cruce & afflictione, hoc amplius internus renovatur de die in diem. In ſecunda epiſt. ad Cor. 4.

Renatus lavatur, lauacro Regenerationis. ad Tit. 3. *ut Iuſtificati illius gratia, &c.* capit. 2. *Purificavit ſibi populum peculiarem, &c.* ad Epheſios cap. 5. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, &c. ut illam ſanctificaret, mundatam lavacro aquæ per verbum* DEI, *&c. Aſpergitur ſanguine Chriſti.* In 1. Petr. 1. Hebræor. 1. 2. *Reconciliati ſumus Deo per mortem filii eius.* Rom. 5. *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore, &c. ut Iuſtitiæ vivamus.* 1. Petr.

Digitized by Google

1. Petr. 2. Abluitur ſanctificatione Spiritus in obedientiam.

Huc ſpectat Baptiſmus, & tota mors vetuſtatis, & quicquid ad innovationem in CHRISTO commodum eſt. Col. 2. 1. Pet. 3. Eph. 5. Tit. 3. Rom. 6. *In vno ſpiritu omnes. In unum corpus baptizati, &c.*

Cibo grandeſcit puer, cibatur eſuriens, & natus, ac lotus, antea tamen lacte & melle, quàmdiu parvulus eſt. 1. Cor. 4. 13. Hebr. 6. 1. Petri 2. Quaſi modo geniti infantes, lac rationale, & quod dolum neſcit, &c. *Enutritur in ſermone fidei & ſanæ doctrinæ.* 1. Tim. 4.

CHRISTUS in illo creſcit, &c. Mox ad adipem frumenti, & panem cœleſtem perducitur, ut corpore Chriſti, & ſuo ſanguine ſaturetur. Solidus eſt iſte cibus, videndumque quando & quibus, & in qua ætate conveniat; Baptizatis, innovatis & ſpiritualibus commodus eſt iſte cibus. Quæ ad Cœnam Dominicam, & animarum papula attinent, hunc locum habent & vendicant, 1. Cor. 10. & 11.

INDVITVR & VESTITVR. Totus ornatus Novi hominis eſt CHRISTUS. Rom. 13. Luc. 15. 1. Ioan. 2. *Sitis induti tanquam dilecti DEI,* Col. 3. Nam etiam foris prodit ſe nudum non eſſe, dum bonis operibus fidem internam declarat, & ornat.

Succincti lumbis mentis veſtræ, 1. Petr. 1. *Indutus arma lucis,* Romanor. 13. Galat. 3. *Quicunque bapti-*

Digitized by Google

baptizati eſtis, CHRISTVM induiſtis. Filius eſt Dei, Rom. 8. Hebr. 2. 1. Ioan. 3. Gal. 4. *Dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri, &c. Frater eſt CHRISTI,* Hebr. 2. Matth. 12. *Quiſquis fecerit voluntatem Patris mei, &c. Hæres Dei, & cohæres CHRISTI,* Rom. 4. & 8. Gal. 4.

Vetus homo *ſervus eſt peccati; neque manet in domo,* Ioan. 8. Gal. 3. *Omnes enim filij Dei eſtis, eò quod credidiſtis CHRISTO IESV.*

Docetur, Patris tractu ad CHRISTUM venit, *erunt enim omnes docti à Deo,* Ioan. 6. *Et omnis qui audivit & didicit à Patre, &c. Qui ex Deo eſt, verbum Dei audit,* Ioan. 8. *Dat Deus leges ſuas in mentem eorum, ut omnes cognoſcant eum a minimo uſque ad maximum,* Hebr. 8. *Inſcribitur Evangelium in tabulas cordis carneas, per ſpiritum,* 2. Corinth. 3. *non atramento, ſed ſpiritu Dei viventis.* Hinc nova & ſpiritualis in eo naſcitur ſapientia & prudentia, de qua ſæpe Paulus, Novus affectus, Rom. 8. *ut ſpiritualia ſpiritualiter comparet, & ſpiritualibus accommodet.* 1. Cor. 1. *Qui ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt; qui ſecundum ſpiritum, quæ ſpiritus ſunt curant.* Roman. 8. *Animalis homo & ſpiritualis.* 1. Cor. 2. ut ſupra. Hinc quoque alii oculi, Epheſ. 1. *Illuminatos oculos mentis veſtræ.* Alii dentes, 1. Petr. 2. *ſiquidem guſtaſtis quod benignus ſit Dominus.*

Cognoſcit iam mentem Domini, quia nobis revelavit Deus per Spiritum ſuum. *Et Chriſtum factum*

factum nobis à Deo ſapientiam, Iuſtitiam, & Redemptionem intelligit 1.Cor.1.& 2.

Novum muſtum in utres novos fundi iubet CHRISTUS. Luc.5. Iam utique ex hoc fonte ſcaturiunt rivi ſpiritualis judicii & cognitionis, ut dicamus cum Paulo; *Itaque poſthæc neminem novimus ſecundum carnem porro etiamſi cognovimus ſecundum carnem Chriſtum, tamen non amplius novimus*, 2.Cor.5.

Quamvis verò internè, Deus propter Chriſtum per ſpiritum ſanctum doceat ac formet, utitur tamen etiam externo miniſterio ſpiritualium miniſtrorum qui cooperarii ſunt Dei, coagricultores & coarchitecti, qui ſuam prolem inſtituant, portent in utero, alant, doceant, effingant, lavent, cibant, educent, &c. 2.Cor.3.

Miniſtri ſpiritus novi Teſtamenti, non literæ, ſed ſpiritus, Præcones verbi DEI, & tota diſpenſatio Myſteriorum DEI, huc pertinet 1.Cor.4. *Ego plantavi*, &c. *DEI agricolatio eſtis*, 1. Cor. 3. *Quamvis multos pædagogos habeatis in Chriſto, non multos tamen Patres, in* CHRISTO IESU *per Evangelium ego vos genui*, 1. Cor. 3. 2. Cor. 3.4. Eph.4. Gal.4. Filioli mei quos iterum parturio &c. Paſcuunt iſti quantum in ipſis eſt, gregem Chriſti, 1.Pet.5. Rom.10. Varia dona habent ſecundum datam gratiam, Rom.12. Eph.4.

Tales Miniſtri ſpiritualibus ſpiritualia diſſerunt diſcipulis, 1. Cor.2. & ſapientiam inter perfe-

perfectos loquuntur: carnalibus autem ea annuntiant, quæ deceant infantes, qui lacte non ſolido cibo alendi ſunt. 1. Cor. 3. Hebr. 5. 6. Habent poteſtatem in ædificationem, 2. Cor. ultimo; Verſantur cum omnibus tanquam pater cum filiis, & placidi ſunt in medio eorum quos docent, perinde atque nutrix fovet filios ſuos; 1. Theſſ. 2. Accerſeri hic poſſunt omnia quæ de Miniſtris Verbi, Doctoribusque ſcripta ſunt, Vita & Doctrina Apoſtolorum, ac totius doctrinæ Dei officia, denique Catechiſmus.

Liber eſt à metu mortis per CHRISTUM, qui carni & ſanguini communi cavit. Hebreos 2. Liber à peccato; ſervit autem Iuſtitiæ Dei, Rom. 6. & 7.

Liberatus per CHRISTUM ab ira ventura, 1. Theſſ. 1. Coloſſ. 2. etiam ab Elementis mundi. Nam non eſt ei vis mundi, ſed Cœli, Col. 2. Huc referenda eſt ſervitus libertatis in Charitate, 1. Corinth. 9. & 13.

Habet arrhabonem Spiritus, 1. Ioan. 2. *Ex hoc agnoſcimus quod in eo manemus, & ipſe in nobis.* Item 2. Corinth. 5. 1. Timoth. 1. *quod qui paravit nos in hoc ipſum Deus, &c.* 2. Cor. 5.

Hinc eſt robur Fidei. Hoc ſucco creſcit, & impinguatur nova creatura. Hinc certus eſt ſe diligi à Deo. Rom. 5. 1. Cor. 5. 2. Cor. 1. 5. *Atque hæc eſt unctio quæ docet omnia*, 1. Ioan. 2. *Qui Spiritu Dei aguntur hi ſunt filij Dei*, Rom. 8. *Obſignati eſtis Spiritu promiſſionis, &c.* Eph. 1.

Operatur bona opera, Sabbathum agens à priſtinis

ſuis erroris & cæcitatis operibus, Hebræ. 4.

Summa operum eſt CHARITAS, nullo non loco in ſcriptura commendata & neceſſaria.

Alios etiam provocat, ac eam in hoſtes etiam exſerit, Hebr. 10. 1. Theſſ. 4. 1. Petr. 4.

Mortificat membra terrea, Col. 3. *Exuit veterem hominem magis atque magis; & induit novum; qui renovatur in agnitionem ſecundum imaginem ejus, qui condidit illum*, Epheſſ. 4. *Nemini eſt offendiculo*, Phil. 1. 2. *Irreprehenſibilis in medio nationis pravæ, conditus ad bona opera, ad quæ præparavit Deus*, Epheſſ. 2. *Quin manibus quoque proprijs operatur*, 1. Theſſ. 5. Epheſſ. 4.

Orat, adorat Patrem in Spiritu & veritate; Ioan. 4. *Spiritus in illo orat*. Rom. 4. *Poſtulat à Deo omnia*, Iacob. 1. *Petit ſecundum voluntatem Dei, & exauditur*, 1. Ioan. 5.

Templum etiam eſt inhabitantis Dei, 2. Corinth. 6. *quin ipſe Templum eſt, quod ut Deus ædificat, ita in eo ſolo habitat*, 1. Pet. 2. *Vivi lapides ſuperſtruamini, domus ſpiritualis &c.*

Ducit uxorem in Domino, *inter omnes ſiquidem honorabile eſt conjugium in Domino*, Hebr. ultim. Epheſſ. 5. Gratiæ ſociam & Cohæredem, 1. Petr. 3. Abſtinet à fornicatione, *& poſſidet vas ſuum cum ſanctificatione* 1. Theſſ. 4. *Non fornicatur*, 1. Cor. 7. *Corpus habet non ſcorto, ſed Domino;* 1. Cor. 6. Nam & Petrus epiſt. 1. cap. 3. ornatum muliebrem ait, eſſe *abſconditum cordis hominem* Gal. 3. *Non eſt Iudæus, neq; Græcus, non eſt maſculus neque fœmina, omnes enim vos unum eſtis in Chriſto Ieſu.*

Huc

Huc pertinent nuptiæ & matrimonium in Domino, in typum Chriſti & Eccleſiæ, Epheſ. 5. Coloſſ. 3. *Peregrinus eſt in mundo, converſatio eius eſt in cælis, ut* Phil. 3. *Habitat in terreno habitaculo,* 2. Corinth. 5. *Non habet hic manentem civitatem,* Hebr. ult. *Rex eſt & Sacerdos in Chriſto. Offert ſpirituales hoſtias,* Rom. 12. 1. Petr. 2. *Ereptus è regno tenebrarum,* 1. Coloſſ. 1. 1. Ioan. 3. *Translatus de morte ad vitam, accepta abundantia gratiæ, & doni Iuſtitiæ. Regnat per Ieſum Chriſtum,* Roman. 5. *Habetq; aditum per ſanguinem Ieſu in ſanctũ ſanctorum.* Hebr. 10. Epheſ. 3. *Per illum habemus aditum,* Epheſſ. 2. *Conformis redditur imaginis filij Dei,* Phil. 3. Rom. 8. 2. Corinth. 3. *ut cum apparaverit, ſimiles Chriſto ſimus,* 1. Ioan. 3. *Ad eandem imaginem transformamur à gloria, &c.* 2. Corinth. 3. *Membrum eſt corporis Chriſti, Chriſtus caput,* Coloſſ. 2. 1. Corinth. 6. & 12. *Vos eſtis corpus Chriſti, & membra ex parte,* Rom. 12. Epheſſ. 5. *Membra ſumus corporis ejusdem, ex carne ejus,* 1. Corinth. 6. *qui adhæret Domino, unus ſpiritus eſt.* Hinc Eccleſia congregatur *in uno ſpiritu,* Rom. 12. Epheſſ. 2. *Vnum corpus, & unus ſpiritus.* 1. Corinth. 10. *Vnus panis, & unum corpus, ut ſitis nova conſperſio,* 1. Corinth. 5. *ut ſitis integrum corpus,* 1. Corinth. 1. *Vita ejus abſcondita eſt per Chriſtum in Deo,* Coloſſ. 3. *Vocatusq; eſt per Evangelium in acquiſitionem gloriæ Domini noſtri Ieſu Chriſti,* 1. Petr. 4. *Iam non in concupiſcentijs hominum ambulat, ſed in voluntate Dei, quod ſuper eſt in carne tempus, vivit. Ambulat ita ut dignum eſt vocatione,* Eph. 4. *Vivit in ſpe*

ſiliorum Dei, quæ eſt ipſius anchora, Hebr. 6. *Quæ eſt in Sanctitate*, Hebr. 12. *Gloriatur in ſpe acquiſitæ redemtionis: gloriatur in tribulatione*, Rom. 5. *ſpem fixam habet in Deo vivente, qui eſt Servator omnium*, 1. Timoth. 4. *ſub cruce*, Hebr. 10.

Adjunge quæ de cruce, paſſionibus, afflictionibus, perſecutionibus, vinculis, patientia, longanimitate &c. colligi poſſunt. Imo *tota vita crux eſt, & mortis exſpectatio*, Iacobi 1. *Compatitur ut glorificetur, ovis deſtinata mactationi*, Rom. 8. Col. 1. *In carne ambulat, ſed non ſecundum carnem; Spiritu enim Dei agitur.* Galat. 5. *Ambulat in novitate vitæ*, Rom. 6. *Iuſtus eſt, vivit in fide*, Rom. 5. *Ambulat in fide, non in ſpeciem*, 2. Corinth. 5. *Spe ſalvus eſt*, Rom. 8. *& ex gratia*, Epheſſ. 2. *Habet bonam conſcientiam erga omnes ſemper honeſtè cupiens verſari*, Hebr. 13. *Obedit verbo Dei in juſtitia*, Rom. 6. id eſt, Chriſto. *qui omnibus obedientibus ſibi factus eſt cauſſa ſalutis æternæ* Hebreo. 5. *Non peccat*, 1. Ioan. 2. *Præbet membra ſua arma juſtitiæ Deo in ſanctificationem*, 1. Rom. 6. 1. Ioan. 3. *omnis qui natus eſt ex Deo non peccat, quoniam ſemen ipſius in eo manet, & 5. Qui natus eſt ex Deo, ſervat ſemet ipſum, & malus ille non tanget eum, &c.*

Ideo IUSTUS eſt NOVUS HOMO, quatenus Novus homo fidelis & in CHRISTO eſt, Rom. 8. Peccator eſt & injuſtus, quatenus Vetus eſt & carneus, *quia in carne non habitat bonū*, Roman. 7. ſed non imputatur peccatum, *corpus enim mortuus eſt, propter peccatum Spiritus autem vita eſt propter Iuſtitiam*. Rom. 8.

Curandum eſt autem ut maneat in fide ſtabilis, & fundatus, *neque dimoveatur à ſpe Evangelij*, Col. 2. Servandum initium ſubſtantiæ Chriſti ad finem uſque, Hebr, 3.

Quam autem pœnam expectent qui à Verbo excidunt, poſtquam illuminati fuerint Heb. 6, ſcriptum eſt.

Reportat autem *finem fidei ſuæ ſalutem animæ*, 2. Pet. 1. *& vitam æternam ex dono Dei*, Rom. 6. *per Ieſum Chriſtum qui eſt pax noſtra*, Ephe. 2. *Et conciliavit, & pacificavit*: Coloſſ. 2 *Miles eſt militans bonam militiam*, 1. Timoth. 1. *fert afflictiones, ut bonus miles Chriſti*, 2. Timoth. 2. *arma Iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris*, 2. Corint. 6. *Iterum de armis* 2. Cor. 10. & 12. 1. Theſſ. 5. *Tota armatura Dei indutus*, Epheſ. 6. adverſario obambulanti, & tanquam Leoni rugienti, id eſt, Diabolo ſolida fide reſiſtit, 1. Petr. 5. Huc adde omnes locos ſcripturæ, de ferendis patienter afflictionibus. *Currit in ſtadio reſpiciens* ad fidei ducem, & conſummatorem IESUM, Hebr. 12. Fortis eſt per Dominum, perq́; potentiam roboris illius, &c. In carne ambulantes, non ſecundum carnem militamus, 2. Cor. 10. Miro autem Dei conſilio quoque factum eſt, ut cum Diabolus primum hominem eliſerit & vicerit, Homo novus rurſus triumphet in Chriſto de Diabolo, victoremq́; vincat, inimicum, elidat, & proſternat, Satanam cum omni ſua pompa, regno, faſtu, & aſtu ſpiritualis nequitiæ, provocans ſubinde ad pugnam, illius imperio renuntians, &c. ſubinde

etiam de improviſo incurſantem, armatura Dei debellans, & exarmans, idq; per IESUM Chriſtum, in laudem gloriæ gratiæ DEI.

Dum verò creſcit & adoleſcit in unitatem fidei, & cognitionis filii Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenè adultæ Chriſti, Epheſſ. 4. Novus homo manet nihilominus caro, remanetq Lex membrorum, & affectus vetuſtatis, concupiſcentia, ſenſunm officia, & inſtrumenta. Animaetiam & cor carneum, prædictis ſervit, & quæ ſua ſunt, quatenus per Spiritum ſuccreſcentem licet, ſuppeditat.

Hinc adhuc malæ cogitationes, carnales concupiſcentiæ, quæ militant adverſus animam, 1. Pet. 2. ad Galat. 5. *Caro concupiſcit adverſus Spiritum. &c.* Hæc autem mutuo inter ſe adverſantur. &c. Hinc frequentes pugnæ, & monomachiæ, ſuggerente non nihil carne, &c. Hinc inteſtina bella, hinc ſæpe ſuccumbit Novitas, & vincit Vetuſtas.

Nunquam autem Novus homo, etiam victus, à Chriſto deſeritur, niſi ipſe CHRITUM deſerat.

Proſtratus reſurgit; Victus vincit copiis reparatis, atq; ſub CHRISTO non ſolum in mediis malis & hoſtibus, ſed etiam in mediis peccatis: Intus Iuſtus, ſanctus & dilectus eſt, 1. Ioan. 2. *Si quis peccaverit. Advocatum habemus apud Patrem,* &c. *qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* Tit. 2. *Dedit ſemet ipſum pro nobis, ut redimeret nos*

Digitized by Google

ret nos, &c. & Tit. 3. *ſecundum ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit*, *&c*. 1. Ioan. 4. *Ipſe dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris*, & cap. 3. *Ille animam ſuam pro nobis poſuit.*

Ante Novi hominis incunbula ac partum, ſuccrevit Vetus homo, in menſuram carnis plenam ætatem, & juſtam ſtaturam: Novusq; vix interim reptat, aut pedibus incedit rectis, quando jam vetus plenum robur accepit: cumque Novus veteris hominis cogitationes, facta, conatus, ſtudia, & ſapientiam irritare nititur, & ſpiritu ambulare, opera carnis delectari, Voluntatem Domini ſectari ſtudet, ſæpe ſuo conatu, & cepto fruſtratur, Legeq; peccati captivatur, *& dum conſentit Legi Dei, invenit aliam Legem in membris ſuis, repugnantem Legi Dei*, Rom. 7.

Abducitur igitur per inania, & totum mundum ſæpe puer ac ea quæ carnis ſunt cogitat, & ſapit, donec tota concupiſcentia, ſi non aliàs, ſaltem per mortem, exarmetur, & auxiliaribus copiis ſpiritus, ſuperetur.

Ad poſtremum itaque, poſtquam in teſta carnis crevit Novus pullus magnæ illius gallinæ, iſto tempore concuſſa teſta egreditur teſtaque perfuncta, & in terram conjecta, gallina pullum ſuum ſub alas colligit, derelinquit inquam tabernaculum ſuum tandem terreum, ſpiritus, & peregrinatur à corpore abiens ad Deum. 2. Cor. 5. Vnde obdormit in Domino Chriſtianus, vas quoq; futile in quo tantus Theſaurus, 2. Cor. 4.

in terram è qua factum eſt, redit Theſaurus verò in cœlum, unde allatus eſt recipitur. Dumque caro in DOMINO moritur, quæ & in DOMINO vixerat, ſpiritus ad Chriſtum aſſumitur, & avolat, Actor. 7. *Domine* IESU *ſuſcipe Spiritum meum*, ait Stephanus Protomartyr.

Mors piorum dormitio & Reſuſcitatio cum fratribus ſuis in die noviſſimo. Huc rediganttur ſimul & Iudex & Iudicium, *in quo oportet nos omnes adſtare ad Tribunal Chriſti*, &c. ut 2. Cor. 5. *Et nos ſuſcitabit per potentiam ſuam*, 1. Corin. 15. 2. Cor. 4. & 5. *Satis ſit igitur nobis* 1. Petr. 4. *quod antecacto vitæ tempore, voluntatem Gentium pataverimus, verſatiq; ſimus in laſciviis, vinolentiis, comeſſationibus, & nefariis ſimulacrorũ cultibus, deinceps non in concupiſcentiis hominum ſed Voluntati* DEI, *quod ſuper eſt tempus, in carne vivamus, ut tandem ad reſurrectionem mortuorum pertingamus*, per IESUM CHRISTUM, DOMINUM NOSTRUM, *cui cum* PATRE, *&* SPIRITU SANCTO *ſit æterna gloria Amen.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

Digitized by Google

THEOLOGIAE MYSTICÆ
LIBER TERTIVS.

Quo præcipuæ Allegoriæ ex GENESI, EXODO, *&* LEVITICO *proponuntur, & Patrum teſtimoniis illuſtrantur.*

EX CAPITE I.

DIES ſex in Creatione Mundi diſtincti, ſic Myſticè ordinari poſſunt, ut primus dies ſit velut Infantia, ab Adamo usq; ad Noë: quo Deus fecit lucem, qua homo exit ad lucem hujus vitæ, habens decem generationes; cuius veſpera eſt diluvium; quia & infantia noſtra tanquam oblivionis diluvio deletur.

Secundus dies eſt Pueritia, à Noë usq; ad Abrahamum, generationibus decem, quo tempore fit Arca, ſeu firmamẽtum, dividens aquas inferiores, in quibus natabat, à ſuperioribus, quibus compluebatur. Et in homine fit Firmamentum diſcretionis dividens, ceu aquas, opera-

rationes rationales ab animalibus. Hæc oblivionis diluvio non deletur, ſicut nec pueritia, eius veſpera fuit linguarum confuſio. Fit firmamentum diſciplinæ, diſcernens inter carnalia & ſpiritualia, ut inter aquas inferiores & ſuperiores.

Tertius dies Adoleſcentiæ, cuius manè fuit in Abrahamo, & ſeparatur terra ab aquis, cum à vanitate doctrinæ gentilium ſeparatur populus Dei per Abrahamum: & apparuit arida, ſitiens imbrem cœleſtem divinorum mandatorum, & cœpit generare populum Dei, quia pater multarum gentium conſtitutus eſt Abraham. Hoc die ſequeſtratio fit aquarum, id eſt, virium, & germinat terra noſtra fructum. Porrigitur hic dies usq; ad Davidem, cuius veſpera eſt in populi peccatis, aut in Saule.

Quartus dies Iuventus, cuius manè in Davide, fiunt ſidera in firmamento. Sol, ut Regnum; Luna, ut plebs obtemperans regno, & tunc fuit populus ut in juventute.

Et in homine fiunt Sol & Luna, ratione ſuperioris & inferioris. Eius veſpera fuit in captivitate Babylonica, vel regnum in peccatis.

Quintus dies à Captivitate Babylonica, usq; ad Chriſti adventum, declinans à juventute ad ſenectutem: & produxerunt aquæ reptilia & volatilia, Iudæos undiquaque diſperſos, qui & multiplicati ſunt. In homine hic dies eſt virilitas, qua facit grandia opera, & producuntur volatilia, & piſces, id eſt, grandia opera per a-

quam

quam ſapientiæ. Veſpera huius diei fuit peccatorum multiplicatio in populo Iudæorum.

Sextus dies eſt ab Ortu Chriſti, quo defecit populus Iudæorum, & templum, ut in ſenectute, & producuntur ſerpentes, &c. diverſæ gentes ad fidem venientes: Homo ad imaginem Dei, hoc eſt, CHRISTUS: & Maſculus & Fœmina ſunt CHRISTUS & Eccleſia. In hoc die, quando homo deficere putatur, recipit novas vires ſapientiæ, ideo producitur homo. Veſpera huius diei eſt finis mundi.

Deinde ſequitur dies ſeptimus in æterna requie. Auguſt. 3. de Gen. Geor. Ven. Cant. 1. tom. 8. c. 10. 11. Beda ſ. Gen. Poſſunt etiam hi ſeptem dies aptari ſeptem donis Spiritus Sancti: ut primo die aptetur ſpiritus timoris Domini: ſecundo ſpiritus pietatis, atq; ita deinceps. Rup. 1. ſ. Gen. 2. & 3. ſ. Gen. 36.

Luminaria quarto die facta, ſplendorem regni Iudæorum tempore Davidis ſignificari poſſunt, tunc enim fuit quarta mundi ætas. Aug. 1. de Gen. cont. Manic. 23.

Reptilia, quæ producit terra, & reptilia in Templo ſunt vitia in anima, & pravæ ac terrenæ cogitationes. Orig. ſ. Geneſ. Hieron. ſ. Ezech. 8. Et repere in terra eſt libidini vacare.

Ex

Ex Capite II.

OS ex oſſibus Adæ, Eccleſia, quæ velut os Chriſti, & facta ex oſſe vel fortitudine Chriſti, Hilar. ſ. Pſalm. 138. Orig. S. Ezech. 7. Hinc Ambroſ. ſ. Luc. 13. Coſta Adæ deſignat virtutem Chriſti, unde formata eſt Eccleſia: de qua virtute ipſe dicebat, ſentio de me virtutem exijſſe. Et formata eſt caro pro coſta, quia abſumpta noſtra infirmitate fecit nos fortes.

Dormienti Adamo extracta eſt coſta, & inde formata Eva, figura eſt Chriſti in cruce dormientis, ex cuius latere formata eſt Eccleſia; eſtque poſita caro pro coſta, quia Chriſtus pro nobis eſt infirmus, & ſolet dici ſecundus Adam exemplum Chriſti. Quia ſicut in Adam omnes moriuntur; ita in Chriſto omnes vivificabuntur. Beda, Rup. ſ. Zach. 13. Adam formatus eſt extra Paradiſum, mulier verò, licet ignobilior in Paradiſo, ne quis de loci nobilitate præſumat.

Appellans Adam animalia nominibus ſuis, deſignavit Gentes ad Eccleſiam venientes, nomine Chriſti appellandas. Gloſſ.

Ex Capite III.

SErpens decipiens Evam diabolum indicabat, q veneno invidiæ, genus humanum occidit. Bed. Orig. S. Ioſ. hom. 4. Et generaliter dæmones,

nes,

nes, ſunt ſerpentes pennati & tortuoſi. Serpens autem nō ſolum tortuoſus eſt, ſed etiam lubricus. Qui ergo in rectitudine veritatis non ſtetit, meritò tortuoſum & lubricum animal intravit. Sicut autem clementiſſimus Pater puniens eum, qui filium ſuum occiderat & gladium & enſem, per quem filius eius occiſus eſt, deſtruit, & in multas partes dividit: Eodem modo & Deus egit, quippe ſerpens, quaſi gladius diabolicæ ſervivit malitiæ, unde & perpetua illi pœna intentata eſt. Quo per viſibile & ſenſibile hoc ratiocinemur, & expendamus, in quanta ignominia ſit diabolus.

Serpentem autem ſcriptura vocat diabolum non quod omninò talis ſit formæ, ſed propter apparentem fraudis ſtructuram. Apoc. 12. Serpentes etiam Magorum, quos devoravit ſerpens Moſis, ſunt dæmones devorati aut victi à Chriſto, Exod. 7.

Deſignant etiam ſerpentes: Doctores erroris, impedientes converſionem fidelium: ſimplices peſtifero veneno inficientes, & prętextu veritatis decipientes.

Graditur ſerpens ſuper pectus, cùm diabolus intus in pectore venena & fraudes revoluit. Gradi etiam ſuper pectus, eſt gulę ac ventri ſervire, terrenisq; rebus inſiſtere. Et voluptas graditur ſuper pectus, quando iraſcibilis movetur contra ea, quæ impediunt voluptatem. Et ſupra ventrem: quia in ventre & inguine maximè regnat concupiſcentia voluptatis. Dicitur

tur autem gradi, quia appetitus eſt inquietus; Ambr. de Parad. cap. 15. Rup. ſ. Gene. Phil. 2. allegor.

Graditur etiam ſerpens ſuper pectus, quia diabolus contra intentionem ſuam, ſemper bonum Dei circa electos, dum impedire nititur, magis expetit. Rup. 2. de Vict. verbi Dei.

Terra quam comedit ſerpens, denotat peccata, & curioſitatem corruptæ naturæ humanæ, Auguſtin.

Abſcondit ſe Adam à facie Dei, cum noluit confiteri peccatum ſuum. Et abſcondit ſe à facie DEI, qui deſerto ipſo incipit jam amare, quod ſuum eſt, Phil. 2. allegor. Item, docet omnem malum eſſe exulem.

Nudus inventus eſt Adam poſt peccatum; quia voluit nimis ſapere ſuaſu ſerpentis, & docemur nimis aſtutum denudari ſapientia divina; Geor. Ven. cap. 1. tom. 7. c. 24.

Facientes ſibi Adam & Eva perizomata, ſignificant eos, qui conſarcinant excuſationes in peccatis, Gloſſ.

Ejecit Deus, Adam de Paradiſo voluptatis, quaſi excommunicando & interdicẽdo illi habitationem ſancti loci, ut deſignentur ij, qui excommunicantur ab Eccleſia, qui dici poſſunt ejici de Paradiſo voluptatis. Gloſſ.

Ejecit quoq; Deus Cain à facie ſua, ut eos dicatur ejicere, quibus induratis non præſtat miſericordiam. Sic ejicit Deus Eliab, fratrem David, ne eſſet Rex, hoc eſt, abominatur ſuperbos;

bos. 1. Sam. 16. Gregor. Repellit autem Deus, quatenus quis ab eo per peccata recedit, Baſil. Pſal. 59.

Interrogatio Dei ad Adam & ad Cain, & ad cæteros, redargutionem & non ignorantiam, ut quæ in Deum non cadit, deſignat. Non novit autem Deus peccatores, nec eorum approbat opera, Aug. 83. q. 63.

EX CAPITE IV.

EGreſſus Cain à facie DOMINI; deſignare poteſt Iudæos à miſericordia dilectionis Dei, & à participatione lucis eius ſe ſeparantes. Orig. ſ. Lev. hom. 14. & alibi.

Egrediens foras Cain in campum, & ad hoc incitans Abelem fratrem ſuum, deſignas eos, qui incitant quietos, & pacificos ad contentionem. Philo, quod deterior potiori inſidiatur.

Signum poſitum in Cain, deſignat in Iudæis circumciſionem vel legem, quam ſervant, ut teſtes ſint eorum, quæ nos pro Chriſto allegamus.

Deſignat etiam, quod non auferatur malitia à terra, ſed in ea perſeveret; Auguſtin. Epiſtol. 59. & 12. contra Fauſt. 13. Philo. quod deterior potiori inſidietur. Ambroſ. de fug. ſermon. 7.

Quod Abel naſcitur poſt Cain: figura eſt

vitæ

vitæ ſpiritualis, quæ ſequitur poſt carnalem.

Habitans Cain profugus in terra, deſignat Iudæos propter Chriſti necem diſperſos. Hil. Pſal. 68.

Sanguis Abel typus fuit ſanguinis Chriſti, unde & habebat vim verbi, & clamare ad Deũ dicebatur; ſicut & ſanguis Chriſti ſemper clamat ad Deum, in aliquorum remiſſionem, & aliorum vindictam. Orig. Gen. Ambroſ. Auguſtin.

Abel fuit manifeſta Chriſti figura. Tertul. de carne Chriſti. Aug. de civ. Dei 18. & 12. contr. Fauſt.

Idem ſignificat ſanguis Ioſeph, Geneſ. 42. v. 25.

ſanguis Abel quandoque ſignificat veritatem, quæ ſemper clamat & emergit. Orig. ſup. Math.

Accipiens Lamech uxores duas, deſignat eum, qui vult gaudere cum ſeculo, & regnare cum Chriſto.

EX CAPITE V.

NOn invenitur Enoch translatus, quia pij à tumultibus ſeculi ſe abſcondunt.

Ex

Ex Capite VI.

ARca quam fecit Noë ex præcepto, ad ſervandos homines, & univerſa animalium genera à diluvio, ſanctam ſignificat Eccleſiam, in quam ingrediuntur ex omni genere hominum aliqui, qui ſalvantur.

Et ut Arca elevabatur quidem à fluctibus, ſed non mergebatur: Ita tribulationes nõ mergunt Eccleſiam, ſed illuſtriorem reddunt. Et ut animalia, quæ non erant in Arca, perierunt: Ita omnes, qui ſunt extra Eccleſiam, pereunt.

Erat Arca lignea, quia per crucem Chriſti ſervamur in Eccleſia.

Erat Arca de lignis non putreſcentibus: Eſt Eccleſia de hominibus in ſempiternum victuris.

Erat latior in inferioribus, ubi beſtiæ habitabant, anguſtior, ſupernè, ubi homines, quia plures ſunt in Eccleſia, qui beſtialem vitam ſequuntur, & latam viam: Pauciores verò rationem ſequentes, & anguſtam viam, Origin. in Gen. hom. 2. Hieron. adverſus Iovin. Auguſt. de Cathechizandis rudibus 27. & 15. de civit. Dei, &c

Oſtium in latere, typus vulneris, quo Chriſti latus in cruce fuit apertum, per hoc ad illud ingredimur: inde Sacramenta manarunt, quibus initiamur, Beda.

Arca diluvij, crux Chriſti denotatur, per q̃

N abo-

ab omni vitiorum & tentationum diluvio liberamur: & illi innitentes ſemper ſuperiores evadimus. Ambr. de voc. gent.

Diluvium graves denotat tẽtationes, in quibus Arca opus habemus. Greg. 12. Mor. 12.

Eſt etiam corruptio intemperãtiæ, aut etiam omnium vitiorum inundatio in anima, concurrentibus ſenſibus & intellectu, ut aquis inferioribus & ſuperioribus. Phil. de profug.

Ex Capite VII.

DOmus Noë ingrediens Arcam, denotat Eccleſiam Chriſti, quæ in fide, ſpe, & charitate cohabitat.

Sic domus Rahab, extra q̃ nemo de Hiericho, h. e. de mundo ſervari poteſt. Ioſ. 2.

Remanens ſolus Noë in Arca cum ſuis, deſignat hominem viventem pravis affectibus reſecatis. Ambr. de Noë.

Ex Capite VIII.

NOn inveniens columba, ubi pedes eius quieſcerent, deſignat requiem ſanctis in hoc mũdo non eſſe conceſſam.

Apprehendens Noë columbam: Typus juſti, qui amplectitur ſimplicitatem & virtutem. Ambr. de Noë.

Ramus olivæ allatus à columba, deſignat filium Dei, qui per miſericordiam Dei allat⁹ eſt in mun-

ſu mundum. Et ut erat in ore columbæ, deſignare poteſt laudem miſericordiæ Dei, Baſ. de abd. rer. Item, cōfeſſionem Trinitatis in ore cuiusque fidelis. Beda.

Portans columba ramum olivę ad veſperam: Eſt verbi & Eccleſiæ miniſter, prædicans & laudans ſapientiam & miſericordiam Dei. Ambr. de Noë 19.

Columba emiſſa ab arca, octavo die reverſa cum ramo olivæ virentis: Typus ét eſt animæ egreſſę è vita mortali, per diſſolutionem corporis eius, redibit in die reſurrectionis univerſalis cum carne ſua, virore immortalitatis induta. Vnde Seneca in Ep. 36. Deſinunt iſta, non pereunt, & mori pertimeſcimus, & recuſam⁹; mors interemit, vitam non eripuit. Veniet, q in hac luce reponet dies: æquo animo debes exire rediturus, obſerva orbem rerum in ſe remeantium. Æſtas abiit, ſed alter annus abduxit. Hyems cecidit, referant illam ſui menſes: Solem nox obruit, illam dies ſtatim abigit.

Ceſſantib⁹ aquis diluvii arca quievit in mōte excelſo, ad quam etiam aquę diluvii prius arcam elevaverant.

Per arcam ſubintelliges militantem Eccleſiam, quam aquæ multiplices perturbationis, quanto amplius concurrunt, tanto amplius in fidei fortitudine firmant, & conſtantiorem efficiunt. Vnde Hilar. 7. de Trin. Hoc habet proprium Eccleſia, quia dum per ſequutionem patitur, proficit; dum læditur, vincit; dum argui-

 tur,

tur, intelligit: tunc ſtat, cum ſuperari videtur.

Igitur eſt ſemper in agone, quouſque impleatur numerus electorum: quo completo requieſcet in monte Domini, & loco ſancto eius. Hinc Gregor. in epiſtol. ad Ieſanū. Arca ceſſante diluvio in monte quievit, quia huius vitæ corruptione ceſſante, cum malorum operum fructus tranſierunt, in cœleſti patria ſancta Eccleſia, velut in excelſo monte requieſcet.

Corvus egreſſus ab Arca, deſignare poteſt, peccatores, qui res mundanas amantes, communionem ſanctorum fugiunt, & averſantur. Item, infideles, obſcuros in nigredine peccatorum; & qui paſcuntur mortuis. Item, omnes carnales, bonæ affectionis expertes. Item, verſutas animi voluntates. Ideo omne corvinum genus inter immunda reputatur. Deſignat etjam corvus avaritiam, & eos qui ſua quærunt: quia ſolet corvus cibos ſuos abſcondere, Amb. de Noë 17. Tert. de cib. Iud. Clem. Alex. Strom. 5. Iſych. Lev. 11.

Corvus etiam denotat detractores, qui proximorum carnes dilacerant & comedunt. Et ut corvi in lege habentur immundi, ſic calumniatores ſunt immundiſſimi, hominum enim immunditiam portant in lingua, illa veſcuntur, & ſuper requieſcunt, nam licet in uno & eodem homine egregias & varias conſpiciant virtutes, nullam tamen earum commendant, ſed ſi quid vitii affingere, & mentiri poterunt, illud ſubin-

ſubinde in ore circumferunt, amplificant, proferant, & oſtentant.

Corvus deniquetypuseſt Iudæ, & ſimilium, qui non revertuntur ad *CHRISTVM*, Bed. Geneſ. 8.

Ex Arca fuerunt miſſi corvus & columba: corvus invento cadavere ſuper illud conquieſcens, non amplius ad arcam reverſus eſt: columba verò reverſa eſt portans ramum virentis olivæ.

Volant per vitam ſimplex & detractor hinc inde: ſed detractor inventa putredine culpæ alicuius reſidet ibi, & in illa paſcitur, & quieſcit oblitus redire ad conſortium Dei, & fidelium. Super illam non reſidet columba, id eſt, ſimplex & rectus, ſed inventis virtutibus & bonis operibus in proximo illa imitari ſtudet, & cum virente claritate vadit ad CHRISTUM cum Angelis.

[o]

EX CAPITE IX.

ARcus ſeu iris in nubibus, datus in fædus & pactum Dei cum genere humano, ſignificat Chriſtum Deum & hominem, q datus eſt nobis mediator Dei & hominum.

Eſt etiam Arcus, virtus, qua interdum Deus miſeretur, interdum punit: & quia pronior eſt ad miſerandum, dicitur ponere arcum, & non ſagittam. Et quia Cæruleus eſt & igneus, ſignificat utrumq; Dei judicium. DILUVIUM videlicet, & extremum igneum. In eo aqua & ignis apparent: & poſt mediatoris adventum, eo virtus Spiritus Sancti in humano genere claruit, quo electos Dei & aqua Baptiſmatis lavit, & igne divini amoris accendit.

Hæc etiam deſignat iris in circuitu fæderis Dei, Apoc. 4. & 10.

Pallium quo ſe opperuerunt Sem & Iaphet, ne viderent Patris verenda, typus eſt honoris Chriſto Domino exhibiti à fidelibus, paſſionis eius opprobrium venerantibus. Gloſſ.

Deſignat etiam ſplendorem Solis & Lunæ tempore Dominicæ Paſſionis, iuxta crucem deficientem, & quaſi oculos omnium tegentem. Eſt etiam typus eorum, qui non conſenſerunt in mortem Chriſti. Beda.

Item, ſignificat cognitionem propriæ infirmitatis, & unde ſimus nati.

Item, bonis operibus malè geſta tegere.

Pallium autem Rebeccæ, quo ſe opperuit viſo

viſo Iſaac, ſignificat pudorem vitæ veteris. Itē, operimenta conſcientiæ. Ambr. de Is. Idem deſignat operta Thamar.

Rebecca hæc ſe pallio opperiens viſo Iſaac, figura eſt Eccleſiæ, quæ quotidiè per Prophetarum & Apoſtolorum dicta, quid de Redemptore ſuo credere debeat, intelligit, & quantò ſubtilius Salvatoris ſui myſteria penetrat, tantò altius de anteacta vita confunditur, & quod perversè egerit, erubeſcit.

Habitans Iaphet in Tabernaculis Sem, deſignat Gentiles habitantes in Eccleſia, quæ prius erat in Iudæis. Hieron.

Habitans autem Moſes cum Ietro, denotat conſortium Iudęorum & Gentilium in fide Eccleſiæ. Et habitans Rahab in medio Iſraël, usq; in hodiernum diem, deſignat Gentiles inſitos in oleam fidei Eccleſiæ. Orig. h. 7. in Ioſ.

Habitans verò Abraham in convalle Mambre. Typus Chriſti habitantis in cordibus humilium. Sed Iſaac habitans in terra Auſtrali, figura eſt CHRISTI habitantis in ferventibus charitate.

Digitized by Google

EX CAPITE X.

CONfuſio linguarum, deſignat ſchiſmata ſuperborum & hæreticorum. Confunduntur autem, q̃ non permanẽt in ſuo genere, ſed corrumpuntur: unde in hoc deſignantur potentiæ per vitia inordinatæ, nec propriam originem ſervantes, Phil. de confuſ. ling.

Noë mortuo turris ædificatur, & lingua cõfunditur. Noë idem ſonans, ꝙ requies, denotat divinã gratiam, ipſa n. eſt, q̃ requiem menti humanæ, ſive cõſcientiæ præſtat, hac igitur gratia in hõbꝰ mortua, ſtatim concurritur ad ædificationis ſtudium, ut erigatur turris ſuperbiæ, per multiplicationẽ divitiarũ, ꝓpter quas gloria æſtimatur & requies. Hinc humana hæc ubique audiuntur vota. O ſi poſſem cumulare tantum theſaurum, ut ſuperexcellerẽ divitiis ꝓximos, tunc eſſem glorioſus, tũc gauderem, tunc mihi ſubjicerẽtur alii, & eſſem cunctis honoratior. & ſic miſer ſuꝑ vires humanas ambiens, laborans exſpectat cumulare & applicare florenos florenis, ut perficiat, quod inſipienter præſumitur: ſed vide quam confunduntur linguæ, & vana eius cogitatio dividatur in contraria: cum aliquando quærat divitias, ipſi fortuna paupertatem præbet: cum poſtulat ſanitatem, & honores, languorem ſibi graviſſimum, & ignominiam ſubminiſtrat; cum optat vitam diuturnam, mors ſubita illum morſu devorat repentino. *Ecce igitur quot modis lingua confunditur.*

EX CAPITE XI.

CAmpus in terra ſennaar, quod ſonat fœtor, deſignat errores Hæreticorum, in quibus ædificatur Turris ſuperbiæ.

Educit Deus de Vr Chaldæorum, cum liberat ab incendio vitiorum, & de fornace ferrea. Sic educit Deus de Ægypto, & ab ergaſtulo Ægyptiorum, hoc eſt ſeparat de mundo, & à vanitatibus ejus, & à ſuperſtitionibus, & à tenebris vitiorum. Arn. ſup. Pſal. 135.

Sterilis Sara, Typus erat Gentilitatis, quæ genuit in ſenectute Iſaacum, hoc eſt fideles in fine ſeculorum. Eodem referri poteſt ſterilitas Rebeccæ & Rachaëlis. Sic ſteriles aquæ in Hiericho ſignificant Gentiles ſine operum fœcunditate, qui converſi fructificaverunt, 4. Reg. 2. Orig. ſup. Gen. hom. 12. Ambroſ. ſerm. 87. Beda. Aug. contr. Fulgent.

Haran Civitas Meſopotamiæ, à qua egreſſus eſt Abraham poſt mortem Patris ſui, deſignat carnis noſtræ ſenſus, deſervientes delitiis & voluptatibus hujus mundi. Hieronym. ſup. Ezech. 27.

EX CAPITE XII.

DEſcendere in Ægyptum eſt à ſpiritualibus ad temporalia deſcendere, & ad curam carnis accedere. Item venire in miſerias & tenebras hujus mundi. Orig. ſup. Exod. Ambr. 2. de Abraham 4. Et quærere ibi auxilium eſt confidere favori humano.

EX CAPITE XIII.

DIviſi ab invicem Abraham & Loth, deſignat, non ſimul habitare poſſe amores ſpiritualium & corporalium.

Habitare non valentes communiter Abrahã & Loth, deſignant in eadem anima non poſſe manere ſimul Virtutes & Paſſiones, ſeu affectus. Ambr. 2. de Abrah 6.

Et habitans ſolus Iacob, deſignat ſegregationem fidelium ab infidelibus.

Semen Canaan, eſt qui vincitur à malis illecebris. Orig. ſ. Ioſ. ſemen autem ſerpentis, ſunt imitatores Diaboli, qui ex Patre Diabolo dicuntur eſſe.

EX CAPITE XIV.

VT dimicavit Abraham adverſus Reges qui captivum deducebant Lothum. Typus eſt Prælatorum, qui ſe propter ſubditorum ſalute periculis obijcere debent. Vnde & poſt laborem cõfortatus eſt à Domino, qui mercedem tribuere ſolet laborantibus pro ſalute ſubditorum. Et Eadem charitate oravit Abraham, ne ſubverteret Sodomam, Et cum durè accepit electionem ancillæ & Iſmaelis, prælatus ſignificatur, qui cum moleſtia ſuos debet caſtigare.

Sacerdos Dei altiſſimi Melchiſedec. Typus eſt Chriſti veri Sacerdotis ſecundum naturã humanam, qui dictus eſt Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech Pſ. 110. Heb. 7. Ipſe eſt Sacerdos magnus rogans pro populo, ad

quem

quem pertinet hoſtia pro peccato. Orig. ſup. Ioſ. hom. 27. & ſup. Leu. hom. 5. 12 Ambr. de fug. ſec; 2. Orig. ſup. Luc. 1. Hieron. ſup. Agg. 1. & Zach. 2. Aug. 12. de civit. Dei. 17.

Convenientes Reges in valle Salinarũ, ſunt Principes pravarum affectionum, qui conjunguntur in parte animæ affectiva. Phil. de confus. ling.

Reges quinque Sodomorum, ſunt quinque ſenſus qui capiuntur à quatuor Regibus, hoc eſt ab illecebris corporalibus, quia corpus ex quatuor conſtat elemẽtis, Ambr. 2. de Abraham 7. Beda. & Orig. ſup. Ioſ. hom. 11.

Irruens Abraham nocte ſuper Reges, qui captivum ducebant Lothum, poteſt deſignare Victoriã Chriſti in paſſione adverſus Dœmones. Et irruens formido & pavor in Ægyptios, fuit ſubitus terror, qui apprehendit Dæmones in morte Chriſti. Orig. ſup. Exod. hom. 9.

EX CAPITE XV.

Educit Deus Abraham foras ad ſuſpiciendum cœlum, cum fidelium mentẽ elevat in cœleſtium contemplationem, aut extra carnis anguſtias eam educit. Et educit foras populum cæcum. Eſai. 43. cum Iudæos ab anguſtijs Legis transfert in latitudinem Evangelij.

Et educens Moſes populum in occurſum Dei. Exod. 19. deſignat Legem introductione Pædagogica parantem populum ad ſuſceptionem Chriſti, ejuſque doctrinæ. Ad hæc

hæc refertur cum eduxit Chriſtus diſcipulos foras in Bethaniam. Luc. 24. Ambroſ. de Abrah. 8. Phil. 2. all. Hieronym. ſup. Eſai. 43. Cyr. ſup. Ioan.

Separans Abraham filios concubinarum, typus fidelium Eccleſiæ paſtorum; qui orthodoxos ab Hæreticis ſeparant.

Ex Capite XVI.

SAra eſt typus Gratiæ.

Acquieſcens Abraham Saræ deprecanti conjunctionem cum ancilla: deſignare poteſt Chriſtum conſentientem in adjungenda ſibi ſynagoga.

E diverſo, acquieſcens Iacob conſiliis matris in ſumenda Vxore de Meſopotamia, eſt Chriſtus conſentiens in adjungenda ſibi Eccleſia ex Gentibus, Lyr.

Ancilla plerunq; denotat Synagogam, quæ ſervit ſub Lege; Et ancilla prima, quæ fecit negare Petrum, deſignat Synagogam Iudæorum: Secunda verò Gentiles, cogentes etiam negare fidem Chriſti. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 18. Ambr. 1. de Abrah. 4. & 2. de Abrah. 10. Orig. ſup. Matth. hom. 35.

Inveniens Angelus Agar juxta fontem aquæ in ſolitudine, Typus Chriſti vocantis Gentilitatem ad Baptiſmum, cui propinqua erat, quia facilè ſuſcepit fidem Baptiſmi.

Ex

EX CAPITE XVII.

ANno altero naſcitur Iſaac, deſignatur Chriſti nativitas poſt legem facta tempore videlicet gratiæ. Medium etiam annorum, deſignat tempus adventus Chriſti. Sic annus primus egreſſionis de Ægypto, eſt tempus Legis: annus verò ſecundus, eſt tempus gratiæ. Bed. Ambr. 2. de Abrah. 11. Gloſſ. interl.

EX CAPITE XVIII.

DEſpiciens Agar Dominam ſuam, deſignat ſenſualitatem contemnentem rationem, vel auditorem contemnentem Paſtorem ſuum, cum putat ſe profeciſſe. Vel deſignat Eccleſiam ex Gentibus deſpicientem Synagogam. Beda.

Clamor Sodomorum, qui venit ad Deum, eſt manifeſtatio vindicandi peccati. Et peccatum cum voce, eſt culpa in actione: peccatum verò cum clamore, eſt culpa cum libertate & jactantia. Clamant autem omnia peccata ad Dominum tanquam ad Iudicem. Ambr. de Abrah. 6. Greg. 19. moral. 2. 3.

Abraham & Loth Angelorum pedes lavantes, deſignarunt Lavacrum Baptiſmi futurum extremo tempore, per pedes deſignato.

Abraham alacri animo tribus viris occurrens, illoſque ſuſcipiens, Typus eſt Fidelium, qui Chriſtum libenter ſuſcipiunt. Beda.

Typus eſt etiam Eccleſiæ, quæ Chriſtum per ſua membra ſuſcipit. Vt Abraham pater Credentium:

dentium: Sic Eccleſia mater eſt fidelium.

Cum autem occurrit tribus viris extra Tabernaculum, figura eſt ipſius intellectus, qui ad Trinitatis cognitionem percipiendam, omnia naturalia prætergredi debet. Greg. 9. moral. 51.

Adorans Abraham tres viros, Dominumq; appellans: Confeſſionem deſignat Trinitatis in Vnitate ſubſtantiæ. Gloſſ. ord. Vel adorans Vnum viſis Tribus, Chriſtum indicavit inter Moſen & Eliam.

Stans Abraham ſub Arbore: Typus illius qui firmus eſt in Cruce Chriſti.

Dirigentes Angeli oculos contra Sodomam, deſignant Decretam Dei ſententiam ad puniendos malos. Gloſs. int.

Ex Capite XIX.

Sedens Loth ad portas Civitatis Sodomorum: Typus piorum Magiſtratuum & Paſtorum, qui peccandi licentiam & occaſionem tollunt. Vel q̃ ſervant ꝓximos à periculo peccãdi. Lyra.

Sodomitæ vallantes domum Loth, deſignãt multitudinem Tentationum carnalium, & omnes eos qui pravis affectibus ſerviunt. Phil. de confuſ. linguar.

Diſſimulans Loth exire de Sodoma adhortantibus Angelis, deſignat moras peccatorum & procraſtinationem in deſerenda vita vitioſa. Rup. 6. ſup. Gen. 10.

Ducentes Angeli Loth extra civitatem Sodomorum, denotant ſeparationem à Vitijs, & progreſſum

greſſum ad perfectionem Gloſſ. ord.

Maximus & minimus Sodomitarũ ad domũ Loth concurrentes, ſunt varia tentationũ genera adverſus Iuſtos inſurgentia Hier. ſ. Ezec. 16.

Accepturi filias Loth, quas tamen non acceperant, deſignant eos, qui vocati ſunt ad virtutes, quas tamen ipſi contemnunt.

Fugere à Sodoma, eſt incendia Carnis declinare. Fugiens quoque Iacob à Laban, deſignat fugam à Carnalibus vitiis. Et fugiens Ioſeph à Domina adultera, Orig. ſup. Matth. hom. 29.

Statua ſalis facta eſt Vxor Lothi, in monimẽtum & condimentum peccatorum, ut videlicet ejus Inſipientia, & cujuſvis peccantis deſignetur. Inſenſatus enim inutilis ſibi efficitur, ſed aliis utilis, qui ejus finem attendentes corriguntur. Statua etiam ſalis eſt anima temporalibus dedita, & in ſe ipſa tabeſcens, Orig. ſ. Gen. Phil. de ſomniis.

Verſa Vxor Lothi in Salem, ut exemplũ ejus ſit condimentum unde alii ſaliuntur, & ſibi caveant. Ideo dixit Dominus, memento uxoris Lothi, Beda.

Aſcenſus Loth de Segor in montem, deſignat progreſſum ad majorem perfectionem relicta carnis cura. Salvari in monte, eſt Salvari in Eccleſia. Cyril. de ador. in ſp. ſanct.

EX CAPITE XX.

ORatio Abrahæ pro Abimel: Typus fuit Orationis Chriſti pro Gentiũ converſione Gloſſ.

Sic Gen. 24. Oratio ſervi Abrahæ ante ingreſ-
ſum

Digitized by Google

ſum Vrbis, Paſtores excitat ad orationem ante Concionem.

Et Genes. 25. Oratio Iſaac pro fœcunditate Rebeccæ deſignat Orationem Paſtoris pro Auditoribus.

Ex Capite XXI.

Riſus Saræ deſignat gaudium, quod fuit in nativitate Chriſti. Negavit Sara ſe riſiſſe, ne videretur ridendo de promiſſorum fide dubitaſſe.

Deſignat etiam Sara Prophetiam, quæ riſiſſe dicitur, ſive quod riſus futurus erat incredulis Chriſtus, ſive quod omnes inimicos ſuos in Iudicio erit riſurus.

Riſus etiam Abrahæ in corde. Gen.17. deſignavit gaudium quo exultavit, ut videret Diem Chriſti.

Ludus Iſmaëlis cum Iſaac, deſignat Iudæos contemnentes Chriſtum Hil.ſup. Es. 57. Aug. ſup. Ioan. tract.11.

Item carnem blandientem ſpiritui, ut ipſum ad vitia declinare faciat. Orig.ſup.Gen.hom. 7. Bed.ſup.Gen.21.

Ejectio ancillæ cum filio Abrahæ, typus derelictionis Iudæorum cum carnali lege.

Eijcit etiam ancillam, qui carnis blanditias à ſe excutit, & filium, hoc eſt appetitum, aut etiam opera carnis.

Abijcit quoque Agar filium ſuum in ſolitudine ſubter arborem, deſignans parvulos appetitus

titus abijciendos ad crucem Chriſti. Geo. Ve. to.7.cap.3.

Panes quos dedit Abraham Agar, ſignificant Sacerdotium Iudæorum, qui habebant panes propoſitionis inveteratos. Beda.

Errans Agar in ſolitudine, deſignat Iudæos diſperſos per orbem; ignorantiam Legis habentes, & à Chriſto deficientes. Orig. ſup. Gen. hom. 6.

Fletus Agar pro morituro filio, deſignat dolorem Synagogæ de amittendo Sacerdotio. Gloſſ. Idem deſignat fletus filiorum Iſraël ſuper mortem Aaronis.

Fœdus Abimelech cum Abraham, ut & fœdus inter Laban & Iacob. Typus eſt conjunctionis Gentilium & Iudæorum. Sic fœdus Tyri cum Iudæis.

Fœdus autem quod Nabuchodonoſor cum ſemine Regio Iſrael fecit, eſt confirmatio & ſtabilitas in peccatis, quæ fit per Diabolum. Orig. ſup. Ezech. hom. 12.

Sic fœdus cum Aſſyriis, eſt ſubjectio Dæmonibus facta.

EX CAPITE XXII.

CLamans Angelus ad Abraham deſignavit manifeſtationem Prophetiæ in immolatione Iſaac latentis.

Clamor autem Iſraëlitarum in Ægypto, deſignavit voces Prophetarum expetentium adventum Chriſti, & invitantium aſſumptionem

carnis,& redemptionem generis humani. Beda. ſup. Exod.

Oblatio Iſaaci in holocauſtum, manifeſta figura fuit Paſſionis Domini noſtri IESU CHRISTI. Orig. hom.8. in Gen.

Sed oblatus eſt Aries pro Iſaaco, quia in carne Chriſtus paſſus eſt 1 Pet.3. & ſemetipſum obtulit hoſtiam pro peccato.

Clamans Angelus ad Abrahamum, deſignat manifeſtationẽ prophetiæ in imolatione Iſaaci latentis.

Vepres inter quas latebat Aries, typus coronæ Chriſti in cruce & peccati generis humani.

Cornua Arietis hærentis inter vepres. Typus Chriſti in cruce expanſi. Bed. Gen. 22.

EX CAPITE. XXIII.

FLetus Abrahæ ſuper mortem Saræ, & deploratio miſeriæ humanæ.

Sepeliri in ſepulchro duplici dicitur anima, cum moritur mundo, ut Deo vivat, quæ in geminata requie ſuſcipitur, id eſt, in actione boni operis, & in contemplatione divinitatis. Beda.

EX CAPITE XXIV.

VAſa aurea & argentea, quæ Servus Abrahæ Rebeccæ dedit, ſunt Virtutum ornamenta, tradita Eccleſiæ à Gentibus.

De Vaſis autem, quæ ab Ægyptiis Iſraëlitæ ac-

tæ acceperunt. Auguſtinus lib. 2. de doctrina Chriſtiana in hunc modum ſcribit. Quantum minor eſt auri, argenti, veſtiſque copia, quàm de Aegypto ſecum Hebræus populus abſtulit, præ divitiis quas poſtea Hieroſolymæ, maximeque ſub Salomone conſecutus eſt: tanta eſt cuncta ſcientia, etiam utilis & collecta de libris Gentium, ſi divinarum ſcripturarum ſcientiæ comparetur: nam quicquid homo extra didicit ſi noxium eſt, ibi damnatur, & cum ibi invenit quiſque omnia, quæ utiliter alibi didicit, multò abundantius ibi inveniet ea quæ nuſquam omnino alibi, ſed in illarum tantummodo ſcripturarum mirabili altitudine, & mirabili humilitate diſcuntur.

Veniens Iſaac in occurſum Rebeccæ, typus eſt Adventus Chriſti ad Eccleſiam, & acceſſus ad Invocantes. Portans Servus Abrahæ, divitias Domini ſui in Camelis deſignat Eccleſiæ Paſtores, ferentes Theſaurum Myſteriorum Dei, & bonorum operum in vaſis fictilibus.

Idem deſignat Regina Sabæ, portans munera ad Salomonem in 2. Paral. 9. Ad hæc poteſt referri, ferre frumenta in aſinis. Geneſ. 42. & deferre arcam pecuniæ coram Rege. 2. *Para.* 24.

Rebecca conſpectó Iſaaco deſcēdit de Camelo &c. fidelis anima conſpicit Chriſtum ſponſum

ſuum, humiliatum, à forma ſervili indutum incedentem per hunc mundum, in quo quidem & foveam vulpes, & volucres cœli nidos, & ipſe non habuit, ubi inclinaret caput ſuum. Hoc igitur conſiderans deſcendit de camelo propriæ voluntatis, arrogantiæ, ſuperbię, & omnis inordinatæ vitæ, & pedibus humilitatis obviam tendit Chriſto, à quo donum deducitur, & collocatur in Thalamo gloriæ. Igitur qui cupit Chriſto copulari, depoſita ſuperbia, imitetur ejus humilitatẽ. Vnde Auguſt. Si Chriſtus pro te de cœleſti ſede deſcendit tu propter ipſum fuge terrena, appete cœleſtia, &c.

Stans ſervus Abrahæ prope fontem, eſt Lex juxta Baptiſmum. Orig. ſup. Exod. hom. 3. Greg. 1 Reg. 3.

Item deſignat Prædicatorem conſiderantem doctrinam prædicandam, & promptum ad operandum & prædicandum.

Occurrens ſervus Abrahæ Rebeccæ, ſignificat Doctores & Paſtores quærentes oportunitatem prædicandi Verbum Dei. Et obveniens Samuel Sauli, eſt qui docet ea quæ auditor diſcere cupit. Greg. ſup. 1. Sam. 9. 10.

Præbens Rebecca aquam ſervo Abrahæ & camelis, deſignat ſubijcientem eloquentiam Verbo Dei, & docentes ſimplices. Convivium propter matrimonium Rebeccæ, gaudium de cõverſione peccatoris. Idem cõviviũ Rachelis.

Sequens Rebecca cum puellis ſervum Abrahæ, typus eorum, qui ex Paganiſmo & Papatu, ſequun-

ſequũtur Prophetas, Evangeliſtas & Apoſtolos.

Panis appoſitus ſervo Abrahæ, ſunt corporalia ſubſidia Eccleſiæ Miniſtris exhibita.

Dimittunt Parentes & Fratres Rebeccæ, ipſam, ut iret ad Iſaacum, cum non impediunt converſionem venientium ex Gentilitate, & hodie ex Papatu, aut aliorum errorum tenebris ad veram Agnitionem ad Fidem Chriſti.

Ex Capite XXV.

VEnator Eſau deſignat ſectatores rerum temporalium, & etiam Iudæos, quorum venatio erant carnales obſervationes legis. Greg. S. m. 7

Vendens Eſau primogenitum pro lentis edulio, deſignat Iudæos, præponentes carnalem Legis obſervationem gratiæ Novi Teſtamenti. Bed. Gen. 25.

Item contemnentes Chriſtianos, in quos tranſivit regnum Dei tanquam jus primogenitorum. Ambr. de Cain. 4.

Mori ſe dicens Eſau deſiderio Edulij, ſignificavit pertinaciam Iudæorum. Greg. ſup. 1. ſam. 2.

Ex Capite XXVI.

COnvivium quo Iſaac excepit Abimelech, deſignat communicationẽ conſolationum ſpiritualiũ, & ſalubrioris doctrinæ. Idem deſignat convivium Ioſephi, quo excepit fratres ſuos.

Puteus quem fodit Iſaac deſignat Prædicationem Evangelij per omnem terram dilatandam Orig. ſup. Gen. hom. 13. Aug. Epiſt. 117. Arnob. in Pſ. 118. Ambr ſer. 6.

Puteus quem Iſaac abundantiam appellavit, ſignificare poteſt multitudinem myſteriorum ſacræ ſcripturæ. Ne hanc abundantiam invenirent alienigenæ, & contemnerent, obturavit Ezechias fontes. 2. Par.32. Suis autem dat Deus abundantem aquam in deſerto, cum ſegregatis ab hujus ſeculi curis, manifeſtat myſteria. Hieron. in Es.30.

Ditatio Iſaaci, qui locupletatus dicitur, deſignat incrementum fidelium in Eccleſia. Gloſſ. interl.

Ex Capite XXVII.

FVgiens Iacob ab Eſau, deſignat deſerentem pravos mores per pœnitentiam.

Pulmentum ex hœdis, quod obtulit Iacob Patri, ſignificat ſimplices, quos Chriſtus offert Deo Patri, Gloſſ. ord.

Pulmentum autem de Venatione Eſau, quod petebat Iſaac, deſignat Ceremonias Legis, quas ad tempus Deus acceptabat. Gloſſ. inter liniar.

Mora Eſau in venatione, typus pertinaciæ Iudæorum in Infidelitate.

Mittens Rebecca in Haran ad reducendum Iacobum deſignat Patientiam retrahentem à ſenſibus. Ambr. de fug. ſec. 4.

Iſaaci caligantes oculi denotant defectum fidei in mundo, & neglectum luminis in religione.

Item Magiſtratus & Paſtores Adulatione decepti Gloſſ. ord.

Odium

Odium Eſau in Iacob. Typus odii Iudæorum in Chriſtum & Chriſtianos. Aug.ſ. Ioan. tract. 51. Item omnium impiorum & mundanorum infideles.

Tale eſt Odium Aegyptiorum in filios Iſrael Arnob.ſup.Pſal.140.

Caligantes oculi Iſaac & Iacob, deſignant defectum Fidei & Religionis in populo Iudæorum, & fidem perriſſe de mundo, & tenebras Infidelitatis in fine mundi futuras Hier. ad Damas.qu.3.& ſup.Iob.15. Beda in Gen.

Subijci fratres Ioſephi ipſi Ioſepho, ſignificat Iudæos etiam invitos Chriſto ſubijci. Gloſſ.

Fragrantia veſtimentorum Iacobi, diſignat myſteria Legis Ambroſ.de Iſaac. Vel è diverſo, Litteram Legis, qua delectantur Iudæi,

Flens Eſau ſuper amiſſa benedictione, Typus eorum, qui dolent de amiſſis dignitatibus, & rebus temporalibus.

Clamor Eſau pro ſurrepta benedictione, deſignat Iudæos in Chriſtianos inſanientes. Et clamor Dominæ Ioſephi, voces Iudæorum in Chriſtum. Et clamantes filij Iſrael contra Moſen, deſignant ſuam murmurationem contra Legem. Exod.14. Hier. & Gregor.

Ex Capite XXVIII.

DImiſit Iſaac Iacobum ut iret in Meſopotamiam, ducturus uxorem, deſignat Patrem Cœleſtem, qui miſit Filium ſuum Dominum noſtrum IESUM Chriſtum in hunc mundum.

Dormiens Iacob in itinere, deſignat quietem contemplationis & occluſionem oculorum curis rerũ temporalium *A*mbr. & Philo de ſomnijs.

Dormit autem ſuper lapidem, ut denotetur contemplationem debere eſſe cum obedientia, qualis fuit in Chriſto.

Dormire. etiam dicitur in veſtimento, qui quieſcit in verbo Dei & ſermone doctrinæ. Exod. 22. Deut. 24.

Hinc dormiens Samuel in templo Domini, vbi erat *A*rca eſt quieſcens ab omni malo, & vacans contemplationi rerum divinarum & ſecretorum ſacræ ſcripturæ. 1. Sam. 3. Greg. ſup. 1. Sam. 3. & 4. moral. 30. & 5. moral. 21. & 8. moral. 9. & 23. mor. 20. 21.

Et dormit uſque manè, qui quouſq; venturi Redemptoris ſplendor appareat in incœptæ bonæ operationis converſatione requieſcit. Dormit autem Eccleſiæ Miniſter, ut Samuel in templo, cum à ſe repulſa penitus omni mundana ſolicitudine, ſeſe per conſiderationem rerum ſpiritualium recondit in mente, juxta illud *A*ct. 6. Non eſt bonum relinquere verbum Dei, & adminiſtrare menſis.

Supponens Iacob lapidem capiti ſuo, deſignat applicationem mentis ad Verbum Dei. Vel reclinationem conſcientiæ in Chriſtum in quo requieſcat. Philo de ſom. Beda.

Vnctio lapidis Iacobi Typus erat Vnctionis Chriſti Oleo exultationis. cl. *A*l. 2. Pęd. Orig. Hier. Iſyh. Beda.

Erectio

Erectio lapidis facta à Iacobo in titulum, typus eſt reſurrectionis Chriſti in Gentibus prædicandæ, Beda.

Eſt etiam roboratio mentis ad bona opera exercenda tentationesque ſuſtinendas. Sic erigens ſe Chriſtus, cùm ſcriberet in terra, ſuam exaltationem poſt humiliationem ſignificavit.

Erigens inſuper Iacob titulum lapideum, futuram Eccleſię ſublimitatem ſignificavit. Gloſ. interlin.

Scala, quam vidit Iacob, deſignare poteſt Chriſtum, per quem in Deum aſcenderet ipſius Iacobi videntis electa poſteritas.

Huius enim ſcalæ inferius extremum figebatur in terra, quia mediatoris anima fixa fuit, ſicut & cæteræ animæ in terrea carne, quam comitabatur ipſa divinitas, ut alterum extremum ſcalæ, penetrans usque ad Deum Patrem, qui illius cacumini innitebatur, quaſi in ipſo quieſcens, & eundem ipſum ſuſcipiens, juxta illam eiusdem filii Dei ſententiam: Ego in Patre, & Pater in me eſt, Auguſt. in Beda.

Deſignat etiam ſeriem generationum Chriſti usque ad Ioſephum.

Et Dominus innitebatur ſcalæ: quia Ioſeph curam infantiæ eius habuit.

Latera autem ipſius ſcalæ Dei dici poſſunt Patriarchæ, Abraham & David, Rup. 7. ſ. Gen. 22. & 1. ſ. Math.

Deſignare etiam poteſt crucem Chriſti, in qua Angeli aſcendebant & deſcendebant: & p

eam deſcendunt Iudæi, & aſcendunt Gentiles. Item Apoſtolos & Eccleſiarum Paſtores prædicando. Hier.ſ.Pſalm.92. Aug.ſerm.80. Cyr.ſ.8. Ioannis, & alii.

Significat ét ſacram doctrinam, per quam in cognitionem DEI & cœleſtium aſcendimus. Gradus autem eius ſunt: Ordo mandatorum. Aſcendunt autem per eam Doctores, cum loquuntur ſapientiam inter perfectiores: deſcendunt verò, cum præbent lac minus capientibus. Poteſt etiam hæc ſcala fidem & charitatem ſignificare. Beda & Lyra.

Deſignat præterea altitudinem Religionis, cuius gradus ſunt pœnitentiæ opera; latera verò lectio & oratio. Bernh.

Item gradus humilitatis, quibus in cœlum aſcenditur, latera verò eius ſunt corpus & anima. Eſt in hac ſcala progreſſus ab imperfecto ad perfectum. Et ut in ſcala prius eſt receſſus à terra, ut fiat acceſſus ad cœlum; Ita prior eſt receſſus à vitiis. Vnde & gradus virtutum ſunt gradus ſcalæ. Sunt etiam gradus creaturarum, per quas aſcenditur in Dei cognitionem. Baſil. Chryſ. in Ioan. & Ricard. de S. Victor.

Typus etiam eſt mundi, cum omnibus operibus & mirabilibus ſuis, quibus à Deo eſt exornatus: quot enim mundus habet creaturas, tot habet gradus aſcendendi ad Deum, hoc eſt, illius ſapientiam, potentiam, & bonitatem admirandi, cognoſcendi, magnificandi, & celebrandi.

Per

Per hos gradus fideles aſcendunt in cœlum, & Deo appropinquant: Infideles verò & impii contempto DEO terreſtribus toti occupati & dediti, ad inferos deſcendunt, ac cum Domino & Principe ſuo meritas luunt pœnas. Aſcédebat David, dicens, Pſalm. 139. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcit nimis: quaſi dicat, non viluerunt mihi aſſiduitate miracula tua: opera tua admiror, & anima mea cognoſcit illa cum ſingulari affectu. Impios autem eadem nec contemplari, nec cognoſcere, & quodammodo illis vileſcere docet, Pſal. 92. Stultus non intelligit hæc.

Hinc Bernhardus in ſermone de verbis, Pſal. 84. Mundus eſt velut communis quidam liber catena ligatus, ut in eo ſapientiam DEI legat, quicunque voluerit, &c. ſed paucos ille habet lectores, multos autem dilectores. Divinam ſapientiam lectio, inſcitiam ac cæcitatem parit illius dilectio.

EX CAPITE XXIX.

IAcobus lapidem ſubmovit à puteo, cum vidiſſet venientem Rachel cum grege ſuo. Sacra Scriptura propter ſui altitudinem comparatur puteo. Vnde Bernhardus de ipſa loquens ait: Puteus altus eſt, & unde hauriam, nō eſt mihi.

Erat n. Puteus iſte in Haran, quæ explicatur Regio excelſa, quoniam S. Scriptura erat alta propter exaltationem myſteriorum. Ipſa erat tumens,

tumens, & gravida Chriſto, & ſuper os putei grandis lapis operiens aquam, quia textus litteralis operiens Myſteria: erant juxta puteum tres greges, quia tres mundi nationes, Hebraica videlicet, Græca & Latina: Venit Iacob ad puteum, quando Chriſtus carnem aſſumit, venienti Rachel cum grege Iacob aperit puteum: in Eccleſiæ gratiam Sacræ Scripturæ velamen ſublatum eſt, & myſteria Chriſti manifeſtata ſunt: Fideles omnia, quæ latebant, intuentur perſpicuè, Greg. hom. 6. ſ. Ezechiel. Sacra Scriptura ſuam oſtendit naturam in ædificatione morum: oſtendit altitudinem ſuam in promiſſione præmiorum: oſtendit horribilem aſpectum terroribus ſuppliciorum. Recta enim eſt in præceptis, alta in promiſſis, terribilis in minis.

Rachel typus eſt Eccleſiæ ex gentibus, quæ prius erat ſterilis, ſed veniens ad fidem, formoſa eſt facta, & dilecta à Chriſto, à quo ducta eſt poſt Synagogam, Ambr. Aug. Beda.

Sepulta eſt in via, ut deſignet Eccleſiam, paratam eſſe ad ſuſcipiendos omnes, qui in hac vita ſunt viatores.

Rachel plorans filios ſuos, Eccleſia ingemiſcens in hac vita, uſque ad reſurrectionum corporum, Rup. ſ. Math.

Deſignat etiam Eccleſiam deplorantem infideles Iudæos.

Rachel etiam typus eſt vitæ contemplativę, quæ pulchrior eſt quam activa, & debet duci

poſte-

poſterior, eſtque magis dilecta à Chriſto, pauciores que generat filios, quam activa, quia non vacat actioni, ſed quieti. Vt autem permiſit, ut Iacob dormiret cum Lia pro Mandragoris, deſignat tranſitum viri ſapientis, ad vitam activam pro bona vita contemplativæ. Hier. ad Iovin. Aug. 22. cont. Fauſt. Greg. 1. Sam. 10. & 1. Ezech. hom. 14.

Rachel abſcondens Idola Patris ſui, ſignificat Sapientiam, Fidem, Contemptum huius ſeculi, Gratiam, &c. quæ abſcondunt à nobis vanitates, & ſimilia mundana. Hieron. adverſ. Iovinian.

Lia lippis oculis Synagogam ſignificat, quæ vix poterat myſteria Legis perſpicere: & ipſa fuit ſuppoſita Chriſto ante Eccleſiam, adeò, ut dixerit ipſe: Non ſum miſſus, niſi ad oves, quæ perierunt domus Iſraël. Ambroſ. 2. de Iacobo. Beda.

Ex Capite XXX.

Virgæ quas poſuit Iacob in canalib⁹, deſignare poſſunt exempla antiquorum Patrum, & teſtimonia Legis & Prophetarum.

Virgas enim virides amygdalinas, & ex platanis ante gregum oculos ponere, eſt Scripturę Sacræ ſeriem & antiquorum Patrum vitas, atq; ſententias in exemplum populis præbere: quæ nimirum, quia juxta rationis examen rectæ ſunt, virgæ nominantur.

Qui-

Quibus ex parte corticem ſubtrahit, ut in his, qui expoliantur, intimus candor appareat: & ex parte corticem ſervat, ut ſicut fuerant exterius, in viriditate permaneant; variusq; virgarum color efficitur, dum cortex ex parte ſubtrahitur, ex parte retinetur. Ante conſiderationis noſtræ oculos præcedentium Patrum ſententiæ, quaſi virgæ variæ ponuntur, in quibus dum plerunque intellectum litteræ ſequimur, quaſi corticem reſervamus: dumq; ab ipſis cortex literæ ſubducitur, Allegoriæ candor interior demonſtratur. Greg. 12.

Deſignant etiam Eccleſiam ubique diffuſam, quæ habet fontem Baptiſmi, & ibi bibentes oves baptizatæ, & in Chriſtum credentes, Chriſto cōcipiunt varietatem virtutum. Chryſoſt. ſup. Pſalm. 93. Eadem Eccleſia dicitur virgula fumi ex aromatibus. Cantic. 3. Sancta enim Eccleſia ſicut virgula fumi ex aromatibus aſcendit, quia ex vitæ ſuæ virtutibus in interni quotidiè incenſi rectitudinem ꝓficit, nec ſparſa per cogitationes defluit, ſed ſeſe intra arcana cordis in rigoris virga conſtringit, & quia odorem bonæ famæ, & ſubtilitatem mentis habere dicitur, rectè virgula fumi dicitur. Gregor. 1. moral. 39. & ſ. Cant. 3. & ſ. Ezech. hom. 22.

Cortex in virgis Iacob, deſignat bona opera moralia, vel litteram Legis. Decorticata verò ſignificant ſenſus myſticos, qui intra corticem literæ latebant. Vel cortex ſunt præcepta rudiora, quæ Chriſtus ex parte decorticavit: ut, dili-

diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum: Chriſtus decorticavit, quum dixit: DILIGITE INIMICOS VESTROS. Greg. 21. mor. 1.

EX CAPITE XXXI.

MVtatio, qua Laban mercedem Iacobi variabat, diverſas diaboli inſtigationes ad peccata ſignificare poteſt.

Stultitia, de qua reprehenditur Iacob à Laban, eſt crux CHRISTI, quæ eſt Gentibus ſtultitia.

Subſtantia domus Laban, ſunt peccata. Ambroſ. epiſt. 4.

Facultates Laban deſignare poſſunt eloquẽtiam Gentilium: Et divitiæ Reginæ Sabæ, quas attulit Salamoni, doctrinam Philoſophicam ſignificant.

Proſequi volens Laban Iacobum cum tympanis & gaudio, Typus eſt mundi, qui hominibus omnis generis voluptates promittit, ne eum deſerant.

Sedens Rachel ſuper ſtramenta Cameli, & operiens idola, deſignat humilitatem pœnitentiæ, per quam teguntur peccata, Beda.

Scrutans Laban tabernacula Iacobi, eſt diabolus quærens vitia in homine, qui etiam circuit, quærens quem devoret. Ambr.

Non inveniens Laban idola apud Iacobum, deſignat diabolum, qui oſtenſis mundi the-

ſauris

ſauris Chriſto, non invenit in eo terrenæ concupiſcentiæ: nec quicquam vanum in Chriſto, nec in bono viro. Bed. Ambr. de fug. ſec. 4.

Non aſſurgens Rachel Laban, deſignat animam, non cedentem diabolo, nec honorantem ſectatorem avaritiæ. Gloſſ.

Ex Capite XXXII.

Dividit Iacob populum & greges, ne omnes ſimul perirent.

Deſignat & Eccleſiarum paſtores, ita eſſe ſeparanda ſpiritualia, à temporalibus, ut ſi temporalia pereant, ſpiritualia ſint ſalva. Lyr.

Dimitti poſtulans Deus aut Angelus à Iacobo, deſignat Deum volentem orari; Poſtulat ét Deus dimitti à Moſe, ut iraſcatur furor eius in populum peccantem, quaſi precibus fidelium detineatur à vindicta peccatorum. Exod. 32. Deut. 9. Sic non dimittens Sunamitis Eliſeum, indicat inſtantiam orationis ad Deum, 2. Regum 4.

Tangens Angelus nervum Iacobi, denotat verbum Dei ex ſemine Iacobi incarnandum. Beda ſ. Gen.

Significat etiam nervus femoris Iacobi, incredulos deſcendentes ex Iacobo, ideo nervus emarcuit, ut Iudæi claudicantes in fide deſignarentur. Ambr. de fug. ſer. 4.

Item, carnis concupiſcentiam, quæ emarceſcit in perfectis, qui vincunt Angelum, quando im-

doimpetrant à Deo, quod petunt. Gregor. ſ. Ezech. hom. 14.

Ex Capite XXXIII.

SOcietas Eſau, quam declinavit Iacob, eſt ſocietas malorum, quam boni vitare debent. Lyra.

Amplexans Eſau Iacobum, typus ſuperborum, qui non niſi cum humilibus pacificè vivere poſſunt. Nam inter ſuperbos ſunt jurgia & diſſidia. Lyra.

Ex Capite XXXIV.

IVngere connubia cum Sichemitis eſt concordare cum infidelibus. Gloſſ. interlin.

Dormiens Sichem cum Dina, deſignat diabolum facientem animam vitiis delectari. gloſ. ord.

Ex Capite XXXV.

DEbora Rebeccæ nutrix ſub quercu ſepulta, deſignat ceſſationem Legis per Chriſti crucem. Orig.

Mors Rachaëlis in itinere in partu Benjamin, deſignavit ceſſationem Synagogæ. Ambr. Epiſt. 18. Bed.

Idem mors Saræ, cui ſuccedit Rebecca, hoc eſt, Eccleſia ex Gentibus. Orig. ſ. Num. h. 22.

Digitized by Google

Dormiens Ruben cum concubina patris ſui, deſignat Iudæos Legem prævaricantes. Beda ſ. Gen.

Et dormientes filii Eli cum mulieribus, ſunt Iudæi, quieſcentibus, in hæreſibus. Gregor. ſ. 1. Sam. 2.

EX CAPITE XXXVII.

MAnipulus Ioſephi ſtans, Chriſtum ſignificare poteſt, & ut erat conſurgens, deſignat eius reſurrectionem. Manipuli autem adorantes, ſunt Iudæi ſubiecti Chriſto.

Manipulus itidem ſpicarum elevatus coram Domino, deſignare poteſt, Chriſtum in cruce exaltatum, & reſuſcitatum.

Manipulus etiam ſtans, eſt doctrina Evangelica: Manipuli adorantes, ſcripturæ veteres teſtimonium perhibentes.

Inveniens Ioſeph fratres ſuos in Dothaim, eſt Chriſtus in mundo inveniens homines in defectione.

Increpans Iacob Ioſephum propter ſomnia, deſignat duritiam Iudæorum ad credendum Chriſto, quem natum ex ſe videbant. Amb. de Ioſeph. Bed. ſ. Gen.

Ioſephus à patre Iacobo miſſus ad fratres ſuos, ut illos reficeret paſcentes pecora in Sichem, ubi invenit eum vir errantem, & duxit eum in Dothaim. Ioſeph, qa à patre plus amabatur cæteris, eò quod in ſenectute ipſum genue-

nuerat, & cui pater polymitam fecerat tunicã, quam Rachel mater eius ſuerat, denotat Chriſtum Dei filium, q plus cæteris Dei filiis à Deo Patre diligitur. Sumus n. & nos, & Angeli Dei filii adoptione, ſed Chriſt⁹ eſt Dei filius natura: & ipſum Pater genuit in ſenectute, videl. in æternitate, quia neq; prius neq; poſterius. Mittitur à Patre viſitare filios ſuos, qui paſcebant oves in Sichem, indut⁹ tunica polymita vel talari, quia deſcendit Dei filius de cœlo, progrediens ex utero virginis, carne interna, & ab omni labe aliena, q̃ beata virgo ſola S. Sancti virtute obumbrata concepit & pepit, viſitare peccatores, qui de menſa Paradiſi fuerant eiecti, & facti erant paſtores brutorũ: venit igitur in Sichẽ primo, qui ſonat, defectio, quia defectus omnium bonorũ paſſus eſt nimia paupertate ꝑventus. Anſh. in lib. de med. O amanda & admiranda dignatio! Deus imenſæ gloriç, vermis cõtẽptibus fieri non deſpexiſti, parum tibi viſum eſt Patrem nobis te eſſe, ét frater noſter eſſe dignatus es. Et tu Dñe univerſorum, qui nullam habes indigentiam inter ipſa nativitatis initia non erubuiſti abiectiſſimæ paupertatis guſtare incommoda, &c.

Sed cùm eſſet Chriſtus in hac Sichem valle formoſa, vagus & profugus, propter Herodis rabiem à viro quodam ductus eſt in Dothain, quia Chriſtus pervenit ad præfixum à Patre terminum ſui temporis.

Ductus à charitate ad anguſtiam paſſionis &

crucis, nam Dothaim idem eſt, quod anguſtia: ibi enim animam ſuam dedit pro omnibus in redemptionis pretium. Auguſt. in ſoliloq. Ecce Domine, dilexiſti me plus, quam te, quia mori voluiſti propter me.

Devoravit fera peſſima Ioſephum, ſecundū opinionem Iacobi. Typus Iudæorum, qui præcipitanter, & cum maxima crudelitate crucifixerunt Chriſtum. Idem deſignavit, piſcis volens devorare Tobiam. Tob.6.

Miſſus Ioſeph in cyſternam, deſignat Chriſtum miſſum in ſepulchrū. Idem deſignat miſſum granum Sinapis in hortum, ubi etiam deſignatur Chriſtus captus in horto. Ambroſ. ſ. Luc. 13.

Sic mittens Pharao ad ſolvendum Ioſephum de carcere, deſignat Deum Patrem ſuſcitantem filium à mortuis.

Vendentes fratres Ioſeph, deſignant Iudæos vendentes Chriſtum Gentilibus. Vel potius ſunt typus Iudæ. Iſmaëlitæ verò Sacerdotum & Scribarum, q. tradiderunt eum Pilato. Vendere Ioſephum, etiam eſt vendere Evangelium & Sacramenta.

Madianitæ, quibus traditus eſt Ioſeph, & à quibus venditus eſt in Ægypto, deſignant prædicatores, qui ſuſceperunt Chriſtum, ut eum traderent Ægypto, h.e. prædicarent mundo.

Scindens Ruben veſtimenta ſua, non inverto Ioſepho. Typus eſt populi Synagogæ, qui per mortem Chriſti diviſus eſt, cum fideles ab infideli

Digitized by Google

delibus ſeparati ſunt. Sic Num. 14. Caleb & Ioſue ſciderunt veſtimenta ſua, innuentes paucos ex eis eſſe credituros. Ambr. de Ioſepho.

Significat etiam apertionem Sacramentorum in lege occultorum, quæ facta eſt in morte Chriſti.

Dolor Iacobi ſuper Ioſephum, quem mitigare non valebant filij eius, deſignat injurias irrogatas Deo à Iudæis. Gloſſ. ord.

Ducentes Ioſephum in Ægyptum, typus eorum, qui prædicant Chriſtum in mundo: Sic ét Philiſtæi ducentes Samſonem in Gazam. Gloſſ. interlin.

Ex Capite XXXVIII.

IVdas filius Iacobi mittens Hoëdum ad Odollamitem. Typus Chriſti, qui mittit Iohannem reprehendentem peccata: ſic miſit Eſaiam ad annunciandum populo mala. Gloſſ. ord. Rup. ſ. Gen.

Mutatio habitus Thamar, transmutationē ſeu translationem Synagogæ in Eccleſiam ſignificat. Bed. ſ. Gen.

Mutare autem veſtimenta, eſt exuere veteris hominis opera, novumq; aſſumere. Et mutare pellem Æthiopis eſt pravam conſuetudinem tollere. Ierem. 13.

Aſcendit Iudas ad tondendas oves, deſignat Chriſtum, qui miſſus eſt ad oves, quæ perierunt domus Iſrael. Gloſſ. ord.

Digitized by Google

Ex Capite XXXIX.

PAllium Ioſephi relictum in manu feminæ, deſignat Chriſti humanitatem, ſeu eius carnem in manibus peccatorum relictam. Chryſoſt. Pſal. 39.

Ex Capite XL.

SCelus fratrum Ioſephi ſignificat ſcelus Iudæorum occidendo Chriſtum commiſſum. Et ſcelus populi Dei, propter quod percuſſit Pater filium, ſunt graviſſima peccata Iudæorum. Hieron. ſ. Eſai. 53.

Diſſolvens Ioſeph ſomnia, typus Chriſti, explicantis myſteria, & Gentes ad fidem vocantis. Lyra.

Interpretatio ſomniorum, typus eſt revelationis ſecretorum Legis. Gloſſ.

Ex Capite XLI.

SVggerere Pharaoni de Ioſepho, eſt prædicare principibus mundi Chriſtum crucifixum.

Dominus Ægyptiorum Ioſeph: typus Chriſti, qui Dominus eſt omnium Gentium. Caput Eccleſiæ, ut erat Dominus domus Pharaonis. Ambr. Pſal. 104.

Circumiens Ioſeph regiones Ægypti, deſignat Chriſtum univerſis prædicantem.

Mutatio veſtimentorum Ioſephi in Ægypto,

de-

deſignavit reſurrectionem Chriſti in hoc mundo factam. Gloſſ. interlin.

Stans Ioſeph coram Pharaone, typus Chriſti, qui ſe manifeſtavit mundo.

Ephraim interdum ſignificat Iudęos, qui fructificabant, cum Legem ſervabant. Gloſſ.ord.

Item, Eccleſiam ex Gentib. q̃ cum eſſet poſterior Manaſſe, h. e. Iudæis, primatum tñ obtinuit: Fuit autẽ filius Ioſeph, ut intelligatur fructificationem Eccleſiæ eſſe per Chriſtum. Et dicitur fortitudo capitis, quia in ea oſtenditur fortitudo Chriſti. Hil.ſ.Pſ.59.Bed.Hier.

Item, mentem fructificantem bonas cogitationes, & fructus vitę ſublimioris. Orig. ſ.Ioſ. hom.21. Greg.ſ.1.Sam.13.

In medio quoq; Ephraim fuit Cananæ', quia menti fructificanti nõ deſunt tentationes. Phil. 2. Alleg.

Vt autem ſeparavit ſe tribus Ephraim à tribu Iuda; ſic hæretici ſeparant ſe ab Eccleſia, qui putant ſe fructificare. Item, Scribas, Phariſæos, &c. qui ſe ab Eccleſia ſepararunt, Orig.ſ.Math. h.26.

EX CAPITE XLII.

INterpres inter Ioſephum & fratres eius, deſignat humanitatem Chriſti, quæ media eſt inter Deum & homines.

Iuramenta Ioſephi deſignant certitudinem redemptoris per Chriſtum faciendę. Hier. ſup. Pſalm. 131. Bed.

Sacci impleti tritico, ſignificare poſſunt animam ſapientiæ plenam. Item, litteram Legis myſteriis plenam. Gloſſ. ord.

Mittentes fratres Ioſephi unum ex ipſis, ad fratrem minimum Benjamin ducendum ad Ioſephum, deſignarunt miſſionem Ananiæ ad Paulum baptizandum. Gloſſ. interlin.

Fletus Ioſephi ſup ſingulos fratres, deſignat dolorem Chriſti de incredulitate Iudæorum, licet de aliquibus converſis gauderet. Ambr. de Ioſeph.

Ex Capite XLIII.

POnere pecuniam in marſupia filiorum Iſraël, eſt ponere doctrinam in mentibus paſtorum & doctorum Eccleſiarum.

Sic Scyphum in ore ſacci Benjamin eſt infundere cœleſtem doctrinam.

Interrogãs Ioſeph fratres ſuos per ordinem, deſignare poteſt Chriſtum examinantem & reprehendentem Iudæos, quod non eſſent imitatores Patrum.

Ex Capite XLIV.

SAccus junioris Benjamin, corpus Apoſtoli Pauli deſignare poteſt, & etiam velamen Legis. Ambr. de Ioſ.

Scrutans diſpenſator Ioſephi ſaccos fratrum eius. Typ⁹ miniſtrorũ verbi divini, q inquirunt in ſuos auditores & illorũ actiones, totamq; vitam examinant.

Ex

Ex Capite XLV.

RESpondere non valentes fratres Ioſephi ipſi Ioſepho, ſunt Iudæi convicti de adventu ipſius Meſſiæ.

Cognoſci volens Ioſeph à fratribus ſuis ſemotis Ægyptijs, deſignat ſecretam divinitatis manifeſtationem, quæ fit ſolis bonis.

Ex Capite XLVI.

MIttens Iacob Iudam ante ſe ad Ioſephum, deſignat Confeſſionem debere præcedere eum, qui accedit ad Chriſtum. Gloſſ. interli.

Portabant Currus Pharaonis Iacobum, & omnem Subſtantiam ejus in Ægyptum: deſignantes omnia Iudæorum Myſteria translata eſſe ad Gentes in Eccleſia.

Ex Capite XLVII.

COngregans Ioſeph omnem pecuniam Ægypti, deſignare poteſt omnes Philoſophorum veritates fidei Chriſti eſſe ſubijciendas.

Præbens Ioſeph Ægyptiis ſemina, Chriſtus largiens verbum Dei.

Tradens Ioſeph terram Goſen fratribus ſuis, Typus eſt Chriſti inſtituentis Eccleſiam in hoc mundo tanquam in Ægypto. Gloſſ.

Deficiens pretium emptoribus frumenti; eſt divitias nihil eſſe reſpectu ſapientiæ Lyra.

Lectulus Iacobi Conſcientiam ſignificat, in qua rectè quieſcemus, cum nullius nos crimi-

nis accuſat. Greg. 8. moral. 17. & ſup. Pſal. 6. hic lectus per ſingulas noctes lavandus.

Ex Capite XLVIII.

IOſephi filij Iacobi adjuncti: Typus quod per Chriſtum uterque populus ad Deum ducendus ſit. Gloſſ. ord.

Poſitis duobus filiis Ioſephi coram Iacobo ut eis benediceret & ſtaret Manaſſes ad dextrã, quia major, Ephraim tanquam minor ad ſiniſtram Iacob cancellatis manibus poſuit dextram ſuper caput Ephraim, minoris; ſiniſtram verò ſuper caput Manaſſis, majoris. Et clamante Ioſepho, non convenit Pater, quia hic eſt primogenitus, id eſt Manaſſes, Reſpondit Iacob, minor major erit. Mundus ponit majores ad dextram pauperes verò & humiles ad ſiniſtrã. Sed non ita erit in futura vita, quando ſcilicet Deus minimos locabit, ad dextram conſolationis, majores verò ad ſiniſtram tribulationis. Cum Ioannes aſpiceret quoſdam ornatos ſtola candida, & interrogaret qui nam eſſent, reſponſum audivit: hi ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, &c. de potentibus erit oppoſitum. Vnde Hieron. in epiſt. Difficile, imo impoſſibile eſt, ut de præſentibus & futuris quis fruatur bonis, ut de delitijs ad delicias tranſeat: & in hoc ſeculo primus ſit: & in terra, & in cœlo appareat glorioſus.

Renuens Iacob permutare manus, quas poſuerat ſuper capita Ephraim & Manaſſe, firmitatem

tatem prophetiæ, & etiam Conſtantiam in fide, ut dignitates ſpirituales præponantur temporalibus. Lyra.

EX CAPITE XLIX.

COlligens Iacob pedes ſuos ſuper lectum, deſignat collectionem fidelium ad æternam quietem. Idem eſt colligi ad populum ſuum. Et colliguntur Viri Miſericordiæ, cum Apoſtoli occiſi à perſecutoribus, ſuſcipiuntur à Deo. Hieron. ſup. Eſaiæ cap. 57.

Major in imperio Ruben, deſignat Timorem, qui latius patet, quam omnes alii affectus animi, illiſque quodammodo dominatur. Ricard. de 12. Patriarch.

Principium doloris Iacobi dictus Ruben: Sic Iudæi rebelles Deo, & ſuperbus quilibet. Beda.

Propriæ ſingulorum filiorum Iacob benedictiones, ſignificant diverſa dona Spiritus Sancti, aut diverſos gloriæ Gradus. Auguſtin. Epiſt. 120.

Diſſoluta vincula brachiorum Ioſephi deſignant ſuſcitationem Chriſti à morte confuſis Iudæis, qui cum vixerant. Gloſſ. Inter ſup. Geneſ. 49.

Supponere humerum ad portandum, eſt ſubijcere ſe mandatis Dei, & exponere ſe laboribus propter vitam æternam. Suppoſuit etiam Chriſtus humerum, quando obediens Patri crucem bajulavit, in qua crucifixus eſt. Ambr. Greg. Bed. Ric. de S. Vict.

EX CAPITE L.

ASportare oſſa Ioſephi de Ægypto in terram promiſſionis, eſt ſignificatio futuræ reſurrectionis. Gloſſ. ord. Idem deſignavit David aſportans oſſa Saulis & Ionathæ de Iabes Gilead, 2. Samuel. 21.

EXODVS.

EX CAPITE I.

PReſſi filij Iſraël operibus luti & terræ. Typus eorum qui à Diabolo frequentibus Vitijs occupantur.

Germinatio filiorum Iſraël in Ægypto eſt multiplicatio fidelium in Eccleſia. Hieron. ſup. Eſaiam.

EX CAPITE II.

TRadens mater Moſis ipſum Moſem adultum filiæ Pharaonis, eſt traditio Legis ſpiritualiter intellectæ, Eccleſiæ ex Gentibus facta. Vel Chriſtus ipſe Eccleſiæ traditus.

Expugnare Pharaonem eſt exuere veterem hominem Gloſſ. ord. Sic expugnare Civitates inimicorum eſt vincere vitia.

Fiſcella ſcirpea, in qua poſitus fuit Moſes, deſignare poteſt traditiones Iudæorum, ac terrenos ac viles ſenſus, quos ipſi adjungunt Legi. Orig. ſup. Exod.

Deſignat etiam Carnem Chriſti, bitumine

Digitized by Google

ac pice litam, hoc eſt mala ſuſpicione, quam habebat Synagoga de corpore Chriſti & ejus Divinitate.

Poteſt etiam ſignificare corda Sanctorum, qui glutino unitatis conjuncti, unum corpus effecti ſunt. Greg. Niſſ. de Vita Moſis.

Scirpea fiſcella in qua poſitus fuerat Moſes in flumine, deſignat Levitatem traditionum Iudæorum, quas Legi addiderunt. Gloſſ. orig.

Abſconſio Moſis tribus menſibus, ſignificare poteſt Legem latuiſſe in populo Iudæorum, & intra ſepta litteræ, tribus illis populi temporibus, videlicet ſub Iudicibus, Regibus & Sacerdotibus. Non poſſe autem poſtea amplius abſcondi Moſem, deſignat manifeſtationem Legis ſpiritualiter intellectam per Chriſtum in toto orbe factam. Gloſſ. ord. Idem deſignavit occultans ſe Eliſabeth menſibus quinq; Ambr. Sermon. 63.

Conſpiciens Moſes duos Hebræos rixantes, deſignat Chriſtum tollentem Diſcordias fratrum, & concordantem utrumque populum. Gloſſ. ord.

Defendens Moſes puellas Sacerdotis Madian, deſignat Chriſtum protegentem Eccleſiam. Eadem defenſio deſignatur 1. Par. 11. Iud. 5. Eccl. 30. Math. 4 Gloſſ. interl.

Quærens Pharao occidere Moſen, deſignat, rabiem Diaboli in Chriſtum & ejus membra.

Circumſpiciens Moſes occiſurus Ægyptium, Typus Chriſti, qui ſapientiſſimè vicit Diabolum. Gloſſ. Interl. Moſes

Moſes interfectum Ægyptium in ſabulo abſcondens, Typus Chriſti, Diabolum interficientis & abſcondentis in inferno, Lyr.

Sabulum illud denotat Impios, in quibus non modo nullum fundamentum, ſed etiam nulla poſſeſſio vitæ, ſed morticina & occultatio Diaboli. *Aug*.22. contra Fauſ. 91.

Fugiens Moſes à fratribus ſuis, indicat tranſitum Apoſtolorum ad Gentes.

EX CAPITE III.

ABſcondens Moſes faciem ſuam coram Deo, ſignificat cognitionem propriæ Infirmitatis, quam debet, quicunq; cum *Deo* loquitur, habere.

Calceamenta denotant mortua & terrena vitia. Ferunt autem calceamenta, qui pravitatem ſuam ex alienis pravitatibus tuentur.

Deus exiſtens cum Moſe, typus Divinitatis cum Humanitate.

Flamma in Rubo. Typus divinitatis in humanitate Chriſti. Ponere veſtes Aegyptiorum ſuper filio Iſraël, eſt ipſos erudire doctrina Philoſophica & morum honeſtate. Gloſſ. interl.

EX CAPITE IIII.

TArda lingua Moſis eſt balbuties, tarditas & ruditas Legis veteris, comparata Doctrinæ Chriſti. Gloſſ.

Retrahens Moſes manum ſuam in ſinum, unde poſtea Sanatam protulit, converſionem denotat Iudæorum ad Deum. Gloſſ.

Appre-

Digitized by Google

Apprehendens Moſes caudam Colubri, deſignat Iudæos Chriſtum hominem crucifigentes. Vel deſignat reſurrectionem ejus credentes. Vel ipſos Iudæos in fine mundi fidem Chriſti amplectentes. *Aug.*ſup.Pſal.73.

Ex Capite V.

STantes Moſes & *Aaron* ex adverſo contra Pharaonem deſignant fortes in tentatione, reſiſtentes Diabolo, ipſumq; vincentes. Greg. ſup.1.Reg.12.&19.

Non dat Pharao requiem ab operibus, cum Diabolus occupat peccatores in vitiis, ne reſipiſcant. Gloſſ.ord.

Ex Capite VII.

COram Pharaone proijciens Moſes Virgam, deſignavit prædicationem Gentilibus faciendam. Gloſſ.ord.

Item Virga Moſis devorans Virgas Magorum. Typus eſt crucis Chriſti vincentis Sapientiam ſeculi. Item Sacræ doctrinæ & Veritatis, doctrinas falſas & ſophiſmata diſſipantis. Greg. Niſſ. de vita Moſis.

Deſignat etiam Chriſtum condemnantem mundanos, qui non reſurgent, niſi ad mortem æternam: & eundem deſtruentem corpus *Diaboli*. *Aug.*3.de Trinit.10.& ſup.Pſ.73.Beda.

Verbum deniq; Dei, quod dira venena evacuavit per remiſſionem peccatorum.

Serpentes Magorum, quos devoravit ſerpens Moyſis], [Typus falſorũ doctorum, qui ab Orthodoxis

thodoxis refutantur. Vel Dœmonum, qui à Chriſto devicti ſunt.

Arcana Magorum Ægypti, denotant fallacias Dœmonum, quibus homines decipiunt. Rup 1. de glorif. Trin. 13.

Ex Capite VIII.

EDucuntur Ranæ in Ægyto, cum oriuntur Poëtæ & loquaces in mundo. Gloſſ. ord.

Ex Capite IX.

IVmenta Ægypti in quibus facta ſunt ulcera, deſignant adjutores ad peccatum. Hier. ſup. Es. 30.

Renuens Pharao dimittere populum Dei, deſignat Diabolum, qui obſtinate nititur retinere homines in peccatis.

Ex Capite X.

SEdentes locuſtæ in cunctis finibus Ægytiorum, ſunt Dæmones in omnibus mundanis quieſcentes. Hieron. ſup. Nah. 3. Auguſt. ſup. Apocal. 6. Et conſidentes locuſtæ in ſepibus, ſunt Hæretici habitantes in ſpinoſis quæſtionibus.

Ex Capite XI.

DAns Pharao hoſtias filiis Iſraël, deſignare poteſt Principes ſeculares, offerentes temporalia Eccleſiaſticis, ut accipiant ſpiritualia.

Clamor

Clamor magnus Ægyptiorum. Typus furoris Gentilium & Iudæorum in Chriſtianos. Hier.ſup.Ier. 4.

Ex Capite XII.

Renes ut ſunt vaſa libidinoſi humoris, delectationes carnis ac libidines ſignificare ſolent. Ambr.exhor.ad Virt.Hieron.ſup.Nahum. 2.Beda.

Ex Capite XIII.

Sochod, id eſt Tabernacula vel tentoria: ſecunda manſio filiorum Iſraël in ingreſſu de Ægypto, ubi primo fixere Tentoria, relicta Ramelle, id eſt, recto itinere Paleſtinam verſus, deſignat relictis omnibus debere nos habitare in terra tanquam peregrinos, & expeditos debere ſequi Chriſtum, in quo firmari debemus, & ſemper ad ulteriora pergere. Orig.ſup.Exod. hom.5.& Num.hom.27. Ambroſ. ſup. Pſal. 118. Serm.5. Hieron.de manſionibus.

Oſtendit Deus filiis Iſraël viam per columnam ignis, & nubis: Quando dedit eis Legem illuminantem, qua eundum ſit ad terram promiſſam.

Ex Capite XIV.

Aſſumens Pharao ſecum omnem populum adverſos filios Iſraël. Typus Diaboli aſſumentis omnia genera tentationum, & perſecutorum animos concitans adverſus Chriſti populum. Sic aſſumpſit Diabolus ſeptem Spiri-

tus nequiores ſecum omnia peccata invexit in Iudæos. Luc. 11. Et aſſumens populus Raſin, & filium Romeliæ, adverſus Iudam. Eſaiæ 8. deſignat Hæreticos, aſſumentes in auxilium Sapientiam ſecularem, contra Eccleſiam. Hieron. ſup. Eſaiam.

Currus Pharaonis ſunt animę perverſæ cum gula, fornicatione, ira, ſuperbia &c. quas agitant Dœmones, eisque contra bonos vtuntur. Gregor. Nyſſ. de vita Moſis. Rup. 2. ſup. Exod. 31.

Involuti Ægyptij in mediis fluctibus, ſunt peccatores in infern ũ demerſi; Et in volui cum Amalec, eſt cum peccatoribus æterna pœna damnari. Greg. ſup. 1. Reg. 15. & 4. moral. 10.

Diviſio maris & aquæ, ut tranſiret populus, eſt diſſolutio rationum, quæ contra fidem fiunt, quibus impediebatur tranſitus ſimplicium.

Caligo nubis, in qua erat Deus, denotat Myſteria Legis. Greg. ſup 1. Sam. 1. & 17. mor. 13. & 28. mor. 17. Beda.

Caligo in quam ingreſſus eſt Moſes, typus illius, qui loquitur cum Chriſto, & omnium mundanorum obliviſcitur.

Ignis in columna eſt Chriſtus lucens cognoſcentibus, quos etiam purificat. Et ut ignis in columna ingrediebatur per loca inuia, & ad quæ non patebat aditus: Ita lux Chriſti tranſiens per terram, rurſus recurrit in cœlum per lignum crucis, & per eum datum eſt nobis in-

telligere cœleſtia, quæ prius erant incognita. Orig.ſup.Ezech.hom.1.& ſup.Num.hom.9.cl. Ale.1.ſtr. Cyr.4. ſup. Ioan.28. Ambr.3. Oct.74. Iſych.ſup.Levit.1.6.16.Beda ſup.Exod.

EX CAPITE XV.

FIlij Iſraël exeuntes de Aegypto, non receperunt manna per deſertum ambulantes, niſi quando fuit conſumpta farina, quam ſecum portaverant de Aegypto: conſumpta verò venerunt in Helim tricesimo die, & ibi fixerunt tabernacula, ſive manſiones, & ibi receperunt manna. Filij Chriſti exeuntes de peccato, & venientes ad Chriſtum per viam deſerti hujus vitæ, peregrinari non debent cum farina Aegypti, id eſt de divitiis vitæ præſentis magnam gerere curam aut ſolicitudinem, & illis pœnitùs adhærere, eo quod via brevis ſit. Vnde Seneca lib. de mor. Quid abſurdius, quàm quo minus reſtat viæ, eo plus viatici quærere, & via deficiente viaticum augere? Nec debent curare fideles corruptibilem ſubſtantiam, quando exſpectant brevi accipere ęternam beatitudinem. Sed venire debent in Helim, quæ ſignificatur Deus meus, hoc eſt, Chriſtus: In ipſo igitur figamus manſiones noſtras, ſcilicet cordis & mentis, & recipiemus manna dulcedinis cœleſtis: & poſt has triginta dies, hoc eſt relictis 1. operibus mortis, 2. odioſis ſermonibus, & 3. pravis intentionibus, diſpoſiti erimus ad ſuperna, quæ non ſecum patiuntur caduca & vana.

Bern. in ſerm. 77. Præoccupatum quippe ſecularibus deſideriis animum, delectatio ſancta declinat: nec miſceri poterunt vana veris, æterna caducis, ſpiritualia corporalibus, ſumma imis, ut pariter ſapias quæ ſurſum ſunt, & quæ ſunt ſuper terram.

EX CAPITE XVI.

ARca fœderis, Typus carnis Chriſti, quæ in ſe habet Verbum Dei, & animam omni virtute fulgentem. Erat de lignis imputribilibus, hoc eſt de puriſſimis membris, quæ non viderunt corruptionem: Erat deaurata, quia plenus ſapientia Chriſtus, & charitate. Vrna Mannæ, anima ejus ſancta, habens plenitudinem ſanctitatis & divinitatis &c. Virga Araonis ejus ſacerdotium. Arca intra velum, Chriſtus in cœlo. Hil. Iſych. Greg.

EX CAPITE XVII.

MAnſiones 42. per quas Iſraëlitæ proficiſcebantur ex Ægypto in Canaan ſunt 42. Generationes ab Adam ad Chriſtum.

Scripſit Moſes in monimentum pugnam Amalec contra Iſrael, & victoriam adverſus eos, ut admoneamur pugnandum nobis eſſe contra Diabolum, mundum & carnem, & reportandam victoriam per Orationes.

Sumentes Aaron & Hur lapidem, ut ſupponerent Moſi precanti; deſignant prædicantes Chriſtum eſſe finem & fundamentum Legis.

Percuſſio Petræ, paſſionem Chriſti ſignificat: & percuſſa eſt bis, ad majorem crucis demonſtrationem, quæ ex duobus conſtat lignis. Et percuſſiſſe eam dicitur Deus, quia ipſe tradidit filium ſuum pro nobis. Hæc fuit percuſſio Paſtoris Dei. Hinc Elias pallio aquas Iordanis percuſſit, unde fluxit aqua Baptiſmi Origin. & Auguſtin.

Ex Capite XVIII.

SAlutantes ſe mutuo Moſes & Iethro, typus mutuæ charitatis utriuſq; populi, fidem amplectentis.

Remittens Moſes uxorem ad ſocerum, deſignat Eccleſiaſtem omnia impedimenta ſolvere debere, ut verbi miniſterio vacet. Gloſſ. ord.

Ex Capite XIX.

STans populus ad radices montis, deſignat ſimplices habere initium ſapientiæ in timore Domini. Clem. Alexandr. 1. Pæd. 5. Ambroſ. Hieron. Gloſſ.

Fumans mons eſt lux obſcura malis, Beda,

Ex Capite XXV.

RAtionale in pectore Pontificis, deſignat in Chriſto potentiam judicandi; qui judicabit unumquemq; ſecundum opera ſua, quod deſignatur per nomnia ſingulorum in ſingulis lapidibus ſculpta.

Erat rationale hoc quadrangulum, deſignãs

inconcuſſam naturæ & mentis ipſam dirigentis rationem. Ruper. 4. ſup. Exod. Phil. 3. de vita Moſis.

Rationale inſuper denotat poteſtatem & ſcientiam judicandi & ſapientiam, quæ in Sacerdote eſſe debent. In rationali autem ponitur manifeſtatio & Veritas, quia per viſibilia cognoſcitur ordo Dei.

Poteſt etiam ſignificare ſermonem, qui debet in Sacerdote doctrinam & veritatem continere: quia Sacerdotis os debet meditari & explicare ſapientiam, & ſemper vera loqui.

Poteſt denique rationem cuncta diſpenſantem ſignificare Orig. ſup. Leuit. hom. 6. Phil. 2. Alleg. & de vita Moſis. Hieron. de veſte Sacerdot.

Vltimò deſignat puritatem cogitationum, & ponitur ornatum lapidibus in pectore Sacerdotis, ut Patrum exempla contempletur, & ut omnia Iudicia in Deum dirigat. Gregor. 2. paſt. 2.

Rationale conjunctum ſuperhumerali, admonet verba operibus debere eſſe conjuncta. Deſignant etiam in Chriſto conjunctionem miſericordiæ & veritatis. Phil. 3. de vita Moſis.

Ex Capite XXVII.

POrtare Arcam fœderis eſt prædicare Chriſtum. Idem portare Altare. Et portare uvam à terra promiſſionis in vecte, erat uterque populus

lus, prædicans Chriſtum, populus videlicet Iudæorum præcedens, Chriſtianorum verò ſequens Chriſtum. *Ambroſ. ſerm.* 72. *Cyr. ſup. Ioſ.* 28.

Ex Capite XXVIII.

LAmina aurea in fronte Pontificis, quæ ab Origine petalum dicitur, in qua erat ſcriptum nomen Dei, deſignare poteſt confeſſionem divinitatis, vel divinitatem in Chriſto, vel ipſum Deum habendum in fronte, ut gubernet animam: vel Divinam providentiam, ut videlicet indicet Lamina, omnia Dei providentia gubernari. Vel deſignat Scientiam de Deo, omnes alias ſuperantem: vel quia in fronte eſt, indicat præſentem Dei memoriam habendam. Inſinuat etiam initia rerum ab invocatione Dei eſſe ſumenda. Hier. de veſt. Sacerd. Iſych. ſup. Levit. 8. Phil. de vita Moſis

Ex Capite XXIX.

ACcinctus eſt Aaron duplici baltheo, quia Sacerdotes debent eſſe expediti verbo & opere. Georg. Ven. Can. 2. to. 3. c. 6.

Ex Capite XXX.

INcendit Aaron incenſum mane, cum Chriſtus corda fidelium in iis, quæ intelligere poſſunt, gratia compunctionis inflammat. Incendit veſpere, cum etiam in non intellectis amore

inflammantur, ſperantes etiam ſuo tempore cognitionem Gloſſ. ord.

Offerre Domino mediam partem ſicli, id eſt, decem obulos, denotat obſervantiam Decalogi. Gloſſ. ord.

Ex Capite XXXIV.

SVrgens Moſes de nocte, deſignavit diſceſſum à Legis obſcuritate. Et ſurgens Agar eſt Lex diſcedens à carnali ſenſu. Surgens etiam Abraham de nocte, deſignavit Deum derelinquentem Legem in tenebris apud Iudæos. Gloſſ. interl. Lyr. Scribens Moſes eadem verba in ſecundis Tabulis, quæ erant in prioribus, deſignavit renovationem Legis per Chriſtum faciendam. Idem deſignavit Ioſuæ ſcribens ſuper lapides Deuteronomium.

LEVITICVS.

Ex Capite I.

COlumbæ munditiès & ſimplicitas ac cantus, deſignare poteſt gemitum cordis & oris. Columbam offerre ſignificat etiam alios ad ſimplicitatẽ & pacem reducere. Iſych.

Vt columbæ ſunt ſine felle, ſic fideles ſine memoria acceptæ injuriæ. Hier. ſup. Ezech. 7. Orig. ſup. Matth. hom. 15.

Detrahere pellem hoſtiæ, eſt à mentis noſtræ oculis ſuperficiem Virtutis amovere, ne ejus prætextu, non omnibus perſpectis, erremus

Vel,

Vel, eſt tollere tegmina falſarum opinionum. Vel auferre velamen litteræ. Vel expoliari divitiis ceterisq; rebus ſecularibus & carnalibus cupiditatibus. Item omnem abiicere hypocriſin, Greg.1. mor.40.

EX CAPITE II.

PAnes azymi ſignificant puram converſationem, hos panes edunt, qui non inflatè vel ſuperbè ſapiunt, nec ſe bonos ac juſtos reputant.

Panes propoſitionis ſingulis Sabbathis mutati, figuræ Eccleſiæ Doctorum, qui decedentibus Apoſtolis & Doctoribus, in cœleſtis Sabbathi requiem tranſeuntibus, ſubinde ſuccedunt.

Panis ſubcineritius ex ea parte eſt mundior, quam inferius occultat: atque ex ea ſordidior, qua deſuper cinerem portat. Quisquis ergo intentionem, qua DEUM debuiſſet quærere, negligit, quaſi more ſubcineritii panis, mundiorem partem inferius premit: & cùm curas ſeculi libenter tollerat, quaſi congeſtum cinerē ſuperius portat, Greg.32. mor.8. Sic factus eſt Ephraim ſubcineritius panis, qui non reverſatur, Hoſ.7. Reverſaretur autem, ſi deſideriorum carnalium cinerem repelleret, & intentionem bonam, quam in ſe dudum deſpiciendo oppreſſerat, & ſuperius oſtentarat.

Panes fermentati ſignificare poſſunt con-

verſationem impuram, & ſcientias ſeculares, puram veritatem non habentes. Vnde panis fermentatus non offertur in primitiis Orig. ſ. Levit. Panes ex ſimila ſignificant doctrinam ſecretiorem. Panis ex farina communem doctrinam. Et panes quotidiani, Doctrinam ad ſalutem neceſſariam. Sal in ſacrificiis ſignificare poteſt doctrinam Evangelicam additam Legi, & dicitur ſal fœderis Domini. Vnde inſulſum eſt ipſa littera Legis, ſine ſale ſpiritualis intelligentiæ. Hier. ſ. Ezech. 43. & ſup. Marc. 9. Iſych. & Greg. 7. mor. 4. &c.

Sartago crucem Chriſti deſignare poteſt, in qua ipſo amoris igne frixus eſt. Item anxietatem Chriſti, quam habuit in horto cum oraret. Et quemadmodum ſartago ſuperpoſita igni non conſumitur, nec aliquam correptionem ſuſtinet, aut imminutionem patitur, ſuperpoſitos autem cibos præparat, & eſui aptos reddit: Sic Crux Chriſti fortis, omnem creaturam ſubijcit crucifixo, & carnem Chriſti eſui aptam reddidit: dum videlicet Chriſtus poſt paſsionem pro peccatis noſtris exanthlatam, ad juſtificationem noſtram reſurrexit à mortuis. Iſych. ſup. Leu.

Ex Capite IIII.

IMponit peccans manum ſuper caput beſtiæ, cum per ſemetipſum manifeſtat peccatum ſuum, & ſuam offert confeſsionem. Iſych.

EX CAPITE VI.

INduitur Sacerdos aliis veſtibus, cum ſe accommodat exigentiæ auditorum: ut Paulus ſapientiam loquebatur inter perfectos, inter ſimplices verò Ieſum Chriſtum, crucifixum. Ita induebatur Chriſtus, cum loquebatur turbis in parabolis. Orig. ſup. Leuit.

Comedit Sacerdos hoſtiam pro peccato. Typus Chriſti, qui ſuſcepit in ſe iniquitates noſtras Et non poteſt quiſquam comedere de ſacrificio ſacerdotum, quia Chriſtus integrè ſe obtulit in redemptionem generis humani, nec quicquam aliis reſervavit. Orig. comedere ſimiliam, eſt paſci ſublimibus ſup. ſcripturæ ſenſibus. Bern.

Sore diviſoria datur terra promiſsionis: Sors ſeu portio noſtra in terra viventium gratis per Chriſtum datur.

EX CAPITE VII.

DEdit Deus Sacerdoti de hoſtiis pectuſculum & armum dextrum, ut ſciat Sacerdos ſe debere accedere ad altare ſine ira, & cum operum rectitudine. Item fortitudinem debere eſſe in Sacerdotibus. Gregor. ſup. 1. Regum. 2. & 9.

Ex

Ex Capite VIII.

MOſes lavat Sacerdotes, quia per legem Dei ad vitanda crimina, & virtutes capeſſendas inſtruimur. Et hoc Ierem. 2. dicitur, lavari nitro, hoc eſt, verbo Dei mentem pungente, peccatorum ſordes diluere. Orig. ſ. Lev. homil. 6. Hier. ſ. Ier. 2.

Tangens Sacerdos extremum auriculæ mũdandæ, typus obedientiæ erga Chriſtum, quam habere debent mundandi, Gloſſ.

Ex Capite IX.

IGnis à Domino egreſſus, devoravit ſacrificia oblata per Aaronem, & non per Moſen, deſignavit remiſſionem futuram non per ſacrificia Legis, ſed per ſacrificium Chriſti.

Ex Capite X.

AAron dicitur cognatus Oziel, id eſt, Evangelii. Typus eſt Prophetiæ, quæ magam habet cum Evangelio cognationem, quando ea, quæ à Prophetis dicta ſunt, in Evangelio monſtratur impleta, Iſych.

Ex

EX CAPITE XI.

COmedere animalia, quæ ruminant, & dividunt ungulas, eſt tractare Legem dividendo litteram à Spiritu.

Aquila immundis annumeratur, ſic illi quoque, qui verbis quidem ſublimia, opere verò res proximorum diripiunt, Clem. Alexand. 3. pæd. 9.

EX CAPITE XIII.

ASpiciens Sacerdos veſtem leproſam, aut cōſiderans locum maculæ leproſi, eſt examinans vitia peccatoris, Gloſſ. ord.

EX CAPITE XIV.

EXtra caſtra egrediebatur Sacerdos ad curandum leproſum. Typus Chriſti, qui extra urbem cruci affixus nobis ſalutem meritus eſt. Sic vitulus comburebatur extra caſtra, Iſych. ſup. Gloſſ.

Puſtula ſeu tuberculum, quod jejunæ ſalivæ defricatione curatur, typus eſt detractoris, Iſy. l. 22.

EX CAPITE XV.

MEnſis mulieris menſtruatæ, ſignificat pravas cogitationes, Gloſſ. Greg. ſup. Ezech.

Men-

Menſtruata eſt anima immundis cogitationibus polluta.

Menſtruę ſeparationis dies, ſignificant tempus, quo idololatria vigebat.

Menſtrua Hieruſalem, denotat conſueta vitia libidinis & idololatriæ. Menſtruis n. fœdatæ mulieres filios gignere ſolent lepròſos, aut eliphantiacos, aut alioquin enormes, Ezechie. 18. Zach. 13.

Saliua ſeminiflui, verbum malum, quod audientes inficit, Orig. ſ. Math. hom. 22.

Ex Capite XVI.

Lavare veſtimenta, eſt mundare cogitationes, Gloſſ.

Lavare autem faciem, eſt mundare conſcientiam, quæ velut facies eſt animæ, *Math.* 6. Origen. ſ. Lev. hom. 10. & ſ. Evang. cum jeiun. Hil. ſ. *Math.* Baſ. de jeiun. hom. 1. Aug. 2. ſerm. dom. in monte.

Nullum hominem eſſe in tabernaculo teſtimonii, ingrediente Sacerdote in ſancta ſanctorum, deſignat in incarnatione & paſſione Chriſti, ſic ipſum fuiſſe ſolum ad opus redéptionis, ut nullus fuerit ſine peccato, ſed omnes egeant eius redemptione, Iſych. ſ. Lev. 16.

Populus expectans ad fores tabernaculi, pōtificem in die propitiationis, deſignat expectantes adventum Chriſti ad judicium, vel in cuiusque morte.

EX CAPITE XVII.

EXpiare ſanguinem ſuper altare, eſt vincere appetitum ꝑ laborem. Vel mundari peccata, & vitam humanam ꝑ crucem Chriſti, Gl. interl.

EX CAPITE XIX.

TErram diverſo ſemine ſerit, qui ſimul vult colere Deum & diabolum, vel qui vult ſervare Legem & Evangelium, Iſych.

EX CAPITE XX.

QVicunque dederit de ſemine ſuo idolo *Moloch*, ille morte morietur: populus lapidabit eum, & ego ponam faciem meam contra illum, &c. Moloch idem eſt, ꝙ princeps eius, h. e. diabolus, q̃ imperat peccatoribus, & omnibus mundi filiis, quia princeps huius mundi eſt. De ſemine ergo ꝓprio Moloch idolo miniſtrant, q̃ liberos ſuos cupiditati, & avaritiæ, q̃ ſunt idolorum ſervitꝰ, ſervos faciunt. Hos populus lapidabit, ab his Deus faciem auertit. Ergo, ſi patres crudeles ſunt erga ſemen ſuum, & ſi ſecum velint proprios filios immolare, fugiendum eſt ab eis, ut evadant filii maledictionem & condẽmnationem. Licet enim teneamur parentibus ſubvenire, ſi egent, dum ſumus in mundo, non tamen tenemur pro eis ſervire diabolo, & diſplicere Deo, quando nos cupiunt illaqueare mundi negotiis.

EX CAPITE XXIV.

MEnſa, in qua erant panes propoſitionis, ſignificat Eccleſiam, in qua proponuntur nobis dona Spiritus Sancti, Orig. ſ. Lev. hom. 13. Auguſtin.ſ.Ioan.tract.47.

Significat etiam Sacram Scripturam, & omnia, in quib⁹ ſpirituales cibi proponuntur, q̃ menſa eſt ſpiritualis intelligentiæ claritate fœcunda, Orig.Hier.ſ.Eſai.23. Beda ſ.Prov.9.

Menſa quoque dicitur cor hominis, & quicunq; habent panes Dei, & reficiunt ac paſcunt animas, menſæ Dei dicuntur, Orig.

Mutabantur panes propoſitionis per ſingula Sabbatha, ut perpetuitas doctrinæ novæ Legis ad ſatietatem felicitatis perduceretur, Iſy.

EX CAPITE XXV.

PVtare vineam, eſt colere doctrinam Evangelii, Iſych.ſ.Levit.

Serere agrum ſex annis, eſt colere Legem veterem usq; ad adventum Chriſti, Iſych.ſ.Lev.

EX CAPITE XXVI.

SAturitas panum, quam dat Dominus, eſt abundantia verbi Dei. Et ſaturi famelici ſunt Gentiles, quibus data eſt myſteriorum fidei plena cognitio, Orig.ſ.Lev.Hil.ſ.Math.can.15. Ambr.ſ.Luc.9.Hier.ſ.Pſal.147.

IN NVMERORVM LIBRVM.

Ex Capite I.

DEponere tabernaculum, eſt docere quomodo quiſque humiliari debeat. Gloſſ. ord.

Ex Capite IV.

DEponens filij Aaron velum tabernaculi, ſunt Sacerdotes reuelantes Myſteria Legis.

Ex Capite VI.

CAniſtrum ſacram ſcripturam ſignificare poteſt, vnde ſumuntur neceſſaria ad victum Animæ. Orig. & Iſych.

Ex Capite VIII.

CAndelabrum aureum Templi, Humanitatem Chriſti puram à culpa deſignare poteſt: & dicitur ductile per patientiam. Clemens Alexand. 5. Strom. In Candelabro autem erant ſeptem Lucernæ: Ita Chriſtus illuminat multipliciter credentes, per ſeptem dona Spiritus Sancti. Hinc tenebræ illæ magnæ ſuper vniverſam terram in paſſione Chriſti, cum lucerna hujus aurei candelabri eſſet extincta.

Poteſt etiam Candelabrum hoc aureum deſignare cognitionem, quæ de Deo habetur in

hac vita, & ponitur contra meritum in latere meridiano: quia cognitio Dei prius data eſt Iudæis, deinde Gentibus.

Ponitur etiam ad dextram, quia ſpiritualia pertinent ad dextram. Et quoniam in eo lucent Lucernæ, deſignant manifeſtationem Sapientiæ. Thomas l. 2.q. 102.art.4.

EX CAPITE IX.

DIſſipantes filij Iſrael tentoria recedente nube: ſunt non ſequentes motum paſſionum, ſed ſequentes Lumen rationis aut gratiæ. Lyra.

EX CAPITE XI.

DEſiderans vulgus carnes & ollas Ægypti: Typus eſt eorum, qui retrocedentes à via Domini ad priſtina vitia revertuntur. Cyril.5.ſ. Ioan.17.

Pepones ſpecies Cucumeris ſunt, magnitudine cæteros excedentes, ſapore dulces & ſuaves, quos concupiſcebant filij Iſrael in deſerto: deſignare poſſunt terrenas dulcedines ſeu voluptates, quas aliquando concupiſcunt, qui mundo renuntiarunt. Gregor.20. Moral.16.

EX CAPITE XIII.

EXploratores miſſi ad explorandam terram promiſſionis ſunt cogitationes, quibus futuram vitam & gloriam inveſtigamus. Primi mittuntur à Moſe, hoc eſt à Lege: Secundi à Ioſue, hoc eſt, ab Evangelio. Gregor. Niſſ. de vita

vita Moſis. Richard. de S. Victor. de extr. mal.

Abſciſſus palmes cum vua deſignat nativitatem Chriſti cum laboribus & cruce.

Portantes vuam à terra promiſsionis in vecte, erat uterque populus prædicans Chriſtum: populus videlicet Iudæorum præcedens Chriſti incarnationem, & populus Chriſtianorum ſequens Ambroſ. ſerm. 72. Cyril. 4. ſub. Ioan. 28.

Vectis quo portabatur botrus ab exploratoribus terræ promiſsionis. Typus Crucis Chriſti prædicatæ per Apoſtolos. Ambr. ibid.

Vua eſt Chriſtus, ex qua nobis æternæ beatitatis vinum expreſſum eſt.

Ex Capite XIIII.

Non recedens Moſes, & arca de caſtris, deſignat deſerente veteri populo Legem, ipſam cum Chriſto in Eccleſia remanſiſſe. Rupert. 4. ſup. Exod. 36. Et non recedens Ioſue de Tabernaculo. Exod. 33. Eſt Chriſtus ſemper manens in Eccleſia. Item Spiritus Legis manens in Eccleſia.

Ex Capite XV.

Obruere lapidibus, eſt graviter increpare, etiam teſtimoniis ſcripturarum convincere. Beda ſuper Ezech. 19.

Ex Capite XVI.

ABſorbens terra Dathan & Abiron, deſignat gravem punitionem ſuperborum, ut violenter humilientur qui violenter ſe extulerunt. Gloſſ. ord.

Ex Capite XVII.

VIrga Aronis cum Floribus, frondibus & fructu Typus eſt Chriſti.

Virga Aronis arida, & poſtea florens, præter Chriſti Reſurrectionem, ſignificat baptizatos, qui prius ſunt aridi, poſtea vireſcentes gratia Chriſti per Spiritum Sanctum Chryſ.

Germinans Virga Aron. Typus eſt Crucis Chriſti, miros fructus gratiæ producentis. Eſt etiam figura Reſurrectionis corporis Orig. ſup. Num. 9. Aug. ſer. 99.

Ex Capite XVIII.

ELeazaro tradita eſt vacca rufa ut immolaretur & non patri eius Abinadab, ut ſignificaretur Sacerdotes novæ Legis ſuccedentes Sacerdotibus veteris Legis. Auguſtin. q. in Num. 33. Eleazar autem idem ſonat, quod Dei adjutor. Hinc Paulus. 1. Cor. 3. Dei adjutores ſumus.

Ex Capite XIX.

IN conſpectu omnium immolatur vacca rufa, quia Chriſtus immolatus es pro omnibus Auguſt. qu. in Num.

Vacca quæ non portavit jugum, Typus Carnis

Digitized by Google

nis Chriſti, quæ non fuit ſubjecta jugo peccati, non Legi mortis, quia poteſtatem habebat ponendi animam ſuam, non obligationem: Auguſtin. q. in Num. 33.

Ætas integra vaccæ offerendæ, deſignat plenitudinem ætatis Chriſti. Auguſtin.

Fimus vaccæ comburendæ, deſignare poteſt, ignominias Chriſti, quæ combuſtæ ſunt in reſurrectione quia in ejus gloriam redundarunt. Auguſtin. q. in Num. 33. & 17. civit. Dei. 4.

Hyſſopus denotat fidem, cujus radices adhærent Petræ, id eſt Chriſto. deſignat etiam humilitatem: valet ad purgandum pulmonem, ad tollendam inflationem ſuperbiæ. Chriſti humilitas ſuo ſanguine tincta, pectora & pulmones noſtros emundat & purgat. Aug. Greg. Bern. Beda. & Rupert.

Cuſtodia cinerum Vaccæ, deſignare poteſt memoriam paſſionis & Reſurrectionis Chriſti Aug. qu. in Num. 33.

EX CAPITE XX.

NOlens acquieſcere Rex Edom deprecanti Moſi tranſitum per terram ſuam: deſignat nolentes admittere prædicatores, nec ſuſcipere fidem Chriſti Lyr.

Contradictionis aquæ, ſignificare poſſunt Baptiſmum & gratiam Chriſti, quia multi ſunt, qui Chriſti gratiæ contradicunt. Auguſtin. q. in Num. 6.

Percuſſio Petræ paſſionem Chriſti ſignificat:

& percuſſa eſt bis, ad majorem crucis demonſtrationem, quæ ex duobus conſtat lignis. Et percuſiſſe eam dicitur Deus quia ipſe tradidit filium pro nobis. Origin. & Auguſtin. quæſt. in Numer. 33.

Ex Capite XXI.

SErpens fuit æneus propter perpetuam memoriam Crucis Chriſti, quia quæ durant, ænea ſolemus appellare, & propter vocis claritatem, quia ejus doctrina, non tantum in Iudæos, ſed in Gentes reſonavit. Et ut ex mortuo ſerpente fiunt antidota contra vivos: Sic mors Chriſti & nobis antidotum contra Dæmonum morſus. Origin. ſup. Ioan. hom. 4. Auguſtin. ſup. Galat. 3.

Aeneus ſerpens ſimilitudinem habebat venenoſi ſerpentis, venenoſus autem non erat. Sic Chriſtus mundus & purus ab omni peccato, factus tamen mortalis, & nobis peccatoribus quodammodo ſimilis ſuſpenſus eſt in ligno, ut ipſum aſpicientes oculis charitatis & fidei, ab omnibus peccatorum morſibus liberentur. Hinc Auguſtin. ſup. Ioan. Mordebantur homines, intuebantur, ſalvabantur. Quid ſunt ſerpentes mordentes niſi peccata de mortalitate carnis? quis eſt ſerpens exaltatus, niſi mors Domini in Cruce? Quis eſt à ſerpente morſus, à ſerpente figurata eſt mors morte Chriſti: mors mortua eſt; quia vita mortua occidit mortem; pulchritudo vitę deglutivit mortem.

Digitized by Google

Vt à peccato ſanemur, Chriſtum crucifixum intueamur quomodo qui intuebantur illum ſerpentem, morſibus non peribant ſerpentum: ſic qui intuentur fide mortem Chriſti, ſanantur à morſibus peccatorum. Sed illi ſanabantur ad vitam temporalem, hi autem ut habeant Vitam æternam: hoc enim intereſt inter figuratam imaginem & rem ipſam: figura præſtabat vitam temporalem, res ipſa, cujus figura erat, præſtat vitam æternam.

Bibere aquam puteorum Seon eſt tractare ſcientias Diabolicas. Idem eſt bibere aquam Sihor, & aquam fluminis Aſſyriorum. Bibens autem Balthaſar Rex cum convivis, ex vaſis templi coram Diis aureis &c. Dar. 5. deſignat Hæreticos abutentes autoritatibus Sacræ ſcripturæ, ad ſuos defendendos errores. Orig. ſup. Num. Hier. ſup. Dan. 5.

Puteus quem foderunt principes: ſignificat profundam Myſteriorum divinorum ſapientiam. Puteus eſt fides Chriſti, ad quam venitur per Moiſen, hoc eſt, per Legem.

Nahaliel, id eſt Torrens Dei, ſive hæreditas Dei, locus ubi caſtra fixerunt filii Iſraël in Moab, juxta montes Abraim, fuit quadrageſima manſio, quæ & Almon Diblathaim dicitur: Origini idem eſt, quod ex Deo, & venitur à Manathaim ad Nahaliel, quia cum quis obtulit Deo Fidem, ſpem & Charitatem, accipit à Deo dona Spiritus Sancti.

Sihon Rex Amoritarum congregans exercitum

Digitized by Google

citum contra Iſraël, deſignat Diabolum, congregantem malos adverſus bonos. Origin. ſup. Num. hom. 12. Arnob. ſup. Pſal. 47. 103. Hil. ſup. Pſalm. 67.

Rex Baſan victus à filiis Iſrael: deſignat carnalia, quæ excludunt à Deo, & impediunt acceſſum ad ipſum. Orig. Item Hilar. & Auguſtin. ſup. Pſalm. 134.

Mathanaim, id eſt munera eorum, civitas Moab contra Arnon, ad quam venerunt filii Iſrael poſt locum putei Arnon, de puteo veniunt ad offerenda munera, quia ex cognitione offerunt fideles, timorem & obedientiam. Origenes.

EX CAPITE XXII.

BAlac Rex Moabitarum, qui per maledictiones Balaam conabatur perdere filios Iſrael: Typum gerit adverſariæ poteſtatis Diaboli, qui ſemper quærit quem devoret.

Deſignat etiam Principes ſeculares, qui tradunt dignitates Eccleſiæ indignis, propter commoda temporalia. Rupert. 2. ſup. Apocalips.

Deſignat inſuper Balaam ſcribas & Phariſæos laudantes & zelantes Legem, & contra eam agentes.

Item malos Eccleſiæ Antiſtites, qui publicè docent recta, quæ ſunt fidei, & privatim per avaritiam inducunt ſubditos ad peccandum, & indignos. Rup. 2. ſup. Apoc.

Atterens

Atterens aſina pedem Balaam, deſignat converſionem ſimplicium ad fidem, manentibus Scribis & Sacerdotibus in infidelitate hiſtoria Balaami: figura converſionis Pauli Apoſtoli. Videntes enim Principes Phariſæorum populum Chriſtianum creſcere, & ſignaatque prodigia in mundo fieri, ſtridebant dentibus, & furentes dicebant: Iſte populus creſcit ac multiplicatur. Quid hoc eſt? Homines enim idiotæ & ſine literis trahunt poſt ſe totum mundum, niſi extinguamus eos, extinguent nos, & radicitus delebunt nos. Et tunc dederunt Paulo Epiſtolas Damaſcum, ut ſi quos inveniret huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret Hieruſalem, ſed dum iter faceret, percuſſus eſt à Domino, in qua depoſita erroris furentis inſania, mutatus eſt in virum alterum; & factus agnus ex lupo, hinc venit ad Synagogas, & ubi Phariſæi putabant ipſum debere populo Chriſti maledicere, cepit benedicere eis, aſſerens Chriſtum eſſe filium Dei, & increpatus à perfidis, multo magis confirmabatur, & cõfundens eos de regni Dei magnitudine ita loquebatur: Oculus non vidit, auris non audivit, &c. & qs me ſeparabit à charitate Chriſti? &c. ut per omnes eius conciones in Actis & Epiſtolis patet.

Avertens ſe aſina Balaam de itinere, deſignat carnem, indicantem aliquando menti, quid agere debeat, Gloſſ.

Campeſtria Moab, ubi eſt ultima manſio filio-

liorum Iſraël in deſerto, deſignat acceſſum humilem ad Evangelium, relicta veteri lege, Hieron. de manſionib.

Non potens ferre Amorrhæus impetum filiorum Iſraël, deſignat diabolum non ſuſtinentem vim orationum fidelium, Gloſſ. ord.

Ex Cap. XXIII.

DVcens Balach Balaam in verticem montis Phaſga, deſignat diabolum ſuggerentem voluptates. Sic dicebat Socer Levitæ ipſi genero, ut duceret lætum diem, Iud. 19. & mulieres alienigenæ duxerunt Salomonem ad peccatum.

Optans Balaam mori morte iuſtorum, & dans pravum conſilium per avaritiam; eos ſignificat, qui laudant virtutes, & ſequuntur vitia.

Quis dinumerare poſſit pulverem Iacob, & noſſe numerum ſtirpis Iſrael? Idem populus duobus nominibus vocatur, ſed id non temerè altero ſubplantationem, quo Eſau in utero repreſſus fuit, altero victoriam de colluctante Angelo Dei reportatam, notante quib⁹ utriſque ad hanc benedictionem conſequendam, quæ hic denuntiatur à Balaamo electis Dei opus eſt.

Ex Cap. XXIV.

NOn quærens Baalam amplius auguria, deſignat Iſraëlem de victimis carnalibus ampli⁹ non curantem, Orig.

Pone-

Ponere nidum in petra, eſt fiduciam habere in Chriſto, Orig.

Chetim, Hieronymus ſ. Eſai. 23. interpretatur mare congelaſcens aut plaga conſummata, ſive perfecta, deſignat eos, qui effugiunt plagam in fine ſeculi venturam.

Et è diverſo ſignificat malos & hæreticos, aut mundanos, quibus omnia congelaſcent in fine ſeculi adveniente ſuper eos ira Dei.

Ex Cap. XXV.

BEelphegor, id eſt, idolum hiatus, vel aperturæ, eſt dæmon turpitudinis, idem qui Priapus cui conſecratur, qui aliquid turpè committit; & ſignificat ipſam libidinem, omnem mentis vigorem devorantem, Orig. ſ. Num. homil. 20. Arnob. ſ. Pſal. 105. Hieronym. ſ. Eſai. 25. & ſup. Hoſ. 4. 9.

Pugio Phinees, quo confodit peccantes, deſignat gladium Spiritus, h. e. verbum Dei, quo peccantes confodiuntur. Orig.

Haſta Phinees, qua confodit adulteros, ſignificare poteſt rectam rationem, ſeu rationes, quibus confunduntur vitia & errores.

Corbi, i. e. mẽdax aut ceſſans, ſive quaſi fluẽs aut quaſi fluxus. Mulier Madianitis, q̃ cõfoſſa eſt à Phinea cum Zambri in ipſo actu venereo: eſt typus blaſphemiarum in DEUM, & libidinis, quæ confodiuntur.

Ex

Ex Cap. XXVIII.

NEomenia: feſtum, cum Luna coniungebatur Soli: deſignat coniunctionem Eccleſiæ cum Chriſto, quæ coniunctio non percipitur à carnalibus. Tunc autem renovatur Eccleſia aut anima, cum Chriſto coniungitur.

Et ut Luna non videtur coniuncta Soli: Ita perfectio Eccleſiæ aut animę nihil videtur eſſe, ſi perfectioni Chriſti comparetur, Orig. & Hieronym. ſup. Ezechiel. 45. 46. Auguſtin. ſup. Pſal. 80.

Deſignat etiam Neomenia initium ſupernæ lucis & annos æternos, qui ſemper ſunt in novitate.

Neomenia poteſt etiam ſignificare adventũ Chriſti, quo renovamur, quo tranſactis iam priſcis omnia nova facta videmus, Cyril. 4. ſ. Ioan. 28.

Significat etiam Chriſti reſurrectionem, Pſ. 80.

Neomenia denique eſt intelligentia innovata & divinitus inſpirata. Sicut Luna accipit lumen à Sole, Richard. de S. Victor. de Somnio. Nabuchod. 13.

Ex Cap. XXXI.

EVin, id eſt, deſiderans, vel deſiderium meum, aut belluinus. Rex Madian occiſus à filiis Iſraël,

ſraël, deſignat belluinos mores, & motus libidinoſos in nobis occidendos, Orig.

Ex Cap. XXXII.

ARmati præcedebant filii Ruben & Gad ante fratres ſuos, deſignantes Prophetas & Sanctos veteris Teſtamenti, qui doctrina & exemplis nobis præeunt in terram promiſſionis, Orig.

Conſumpta multitudo Iſraël in deſerto, deſignavit ceſſationem veteris populi, ut novus per Chriſtum induceretur.

Ex Cap. XXXIII.

MAnſiones, per quas proficiſcebantur filii Iſraël egreſſi de Ægypto, varios virtutum profectus deſignare poſſunt. Fuerunt autem quadraginta duæ, quemadmodum etiam quadragintæ duæ generationes, quæ numerantur ab Abraham usque ad Chriſtum, Orig.

Sochod, id eſt, Tabernacula, ſecunda manſio filiorum Iſraël in egreſſu de Ægypto, ubi primo fixere tentoria, relicta Rameſſe, deſignat relictis omnibus debere nos habitare in terra, tanquam peregrinos & expeditos debere ſequi Chriſtum, in quo firmari debemus, & ſemper ad ulteriora pergere, Orig.

Etham, id eſt, fortitudo eorum, deſertum magnum, ubi ſuerunt tertia caſtra Iſraëlitarum, poſt

Digitized by Google

poſt Sochor in extremis finibus ſolitudinis, & iuxta Hieronymum idem eſt, quod deſertum Sur. Typus eſt reſurrectionis Chriſti.

Mara quinta manſio, ubi inventæ ſunt aquę amaræ, quæ jactu ligni in dulcedinem converſæ ſunt, ſignificare poteſt amaritudinem litteræ Legis, quæ facta eſt dulcis per lignum crucis, & per lignum ſapientiæ Chriſti. Item, Amaritudinem pœnitentiæ, ad quam venitur poſt tranſitum maris, hoc eſt, poſt Baptiſmum.

Elim, id eſt, arietes, aut fortes, vel cervi, ſive valles, civitas Moabitarum, ſexta manſio filiorum Iſraël in deſerto, quo pervenerunt è Marath, ubi erant duodecim fontes, & ſeptuaginta palmæ. Typus eſt novi Teſtamenti, ubi ſunt magiſtri ſpiritualis doctrinæ Apoſtoli & diſcipuli, & conſolationes ſpirituales, ad quas pervenitur poſt tribulationes amaras, Origenes ſup. Exod. homil. 7. & ſup. Numer. homil. 27. Hieronym. ſup. Eſaiam 15. & de manſionibus.

Populus Dei venit in Helim, ubi ſunt duodecim fontes, quando in Dei invocatione veniunt ad fidem, reſtinguentes ſitim ex dulciſſimis ſacrarum literarum fontibus.

Oboth, id eſt, Pythones ſive Magi, vel deſideria, trigeſima ſeptima manſio. Tunc autem venitur in Oboth, cum perſiſtimus contra pręſtigias diaboli & illecebras carnis, Hierony. de manſionib.

Daphca

Daphca, ubi legit Origenes Raphça, id eſt, ſanitas nona manſio filiorum Iſraël, quo pervenitur à deſerto Sin, quia poſt tentationes acquiritur ſanitas. Sed melius dicitur Daphca, id eſt, pulſatio ſive impulſio, & deſignat inſtantiam orationis, qua debemus cœli januam pulſare, quæ neceſſaria eſt patientibus tentationes, Orig. ſ. Num. hom. 27. Hieronym. de manſionib.

Beneiaacan, id eſt, filii neceſſitatis ſeu ſtridoris, quo pervenitur poſt Moſeroth, quia cū divinis ſcripturis fueris eruditus, & leges earum ac teſtimonia vinculà ſcieris veritatis, cōtendens, cum adverſariis ligabis eos, & vinctos duces in captivitatem, & de hoſtibus quondam atque captivis, liberos Dei facies. Et dicuntur filii ſtridoris, quo timore ſupplicii, & eius loci, ubi eſt fletus & ſtridor dentium, deſerens diaboli vincula, Chriſto Domino credentium turba colla ſubmittat, Hieronymus de manſionibus.

Pervenitur in Rhaphidim ex Alus, hoc eſt, ex labore pervenitur ad laudem. Rhaphidim undecima manſio, idem eſt quod laus judicii, & alus laborem ſignificat.

Rhemnon Phares decima ſexta manſio, quo pervenitur è Rhetamin, quia poſt excelſam cōtemplationem ſeparatur homo ab omnibus terrenis, Orig.

Reſſa, id eſt, irrigatio, & laudabilis tentatio decima octava manſio, quo pervenerunt è Lebna,

è Lebna, & deſignat, quod viro quantumcunque perfecto veniunt tentationes, ne extollatur; ut Paulo 1. Orig.

Ceelath, id eſt, cœtus vel congregatio, ſive Eccleſia, ubi Origen. legit Macelach, id eſt, principatus vel virga, eſt decima nona manſio filiorum Iſraël in deſerto, quo pvenitur è Reſſa. quia poſt tentationes non ſolum corpus, ſed & mundus eſt perfecto crucifixus & ſubiectus. Iuxta Hieronymum ſcribitur Caaltha, & deſignat eum, qui poſt frænum carni impoſitum recto curſu ad Eccleſiam intrare feſtinat, Orig. & Hieron.

Zethabata, id eſt, bonitas ſua, deſertum fuit, in quo fuit viceſima manſio populi Iſraëlitici. Origen. legit Tabatha, id eſt, bona, quo pervenit è Gadgad, quia poſt tentamenta devenitur ad bona. Hieronymus legit Iothbatha, & deſignat conſecutionem perfectionis vel Sacerdotalis gradus.

Methca, id eſt, dulcedo, vigeſima quinta mãſio, quo pervenerunt profecti de Thare; deſignat eos, qui abactis dæmonibus, dulcem protinus fructum laboris invenerunt. Iuxta Origen. Methca, idem ſonat, quod mors nova, quo pervenitur poſt Thare, quia inde venientes commoriuntur Chriſto.

Eſmona, ſeu Haſmona, id eſt, feſtinatio munerationis vel muneris, aut feſtinatio præparationis, eſt vigeſima ſexta manſio filiorum Iſraël in deſerto, quo venitur à Methca, quia poſt dulce-

Digitized by Google

dulcedinem conſolationis, eſt ad ulteriora properandum, Orig. & Hieron.

Gadgad, id eſt, felicitatis, vel accinctus exercitus, vel juxta Origenem Galgad, hoc eſt, tentamentum, eſt mons in ſolitudine Pharan, vigeſima nona manſio filiorum Iſraël in deſerto, quo pervenerunt poſt Beneiaacan, ut deſignetur ſemper virtutibus permixtas eſſe tentationes, ut ambulantes perficiantur.

Vel juxta Hieronymum interpretatur nuncius ſive expeditio, vel accinctio, vel conciſio, ut deſignet nos, qui fecimus filios neceſſitatis in Beneiaacan, debere malos Magiſtros tollere, & diſcipulis ſtimulos addere, ut ad curſum ſint accincti, Orig. & Hieron.

Helmon ſeu Almon Deblathaim, quadrageſima manſio filiorum Iſraël in deſerto, quo pervenerunt poſt Dibongad. quæ & Nahaliel dicitur, idem eſt, quod contemptus ficuum, ut eorum ſtatus deſignetur, qui omnes voluptates mundanas contemnunt, Orig. ſ. Num. Hieron. de manſ.

Iordanis, juxta quem fuit ultima manſio peregrinationis filiorum Iſraël, deſignare poteſt tranſire ad terram æternæ promiſſionis.

Ex Capite XXXV.

Levitæ non recipientes hæreditatem in terra, ſunt fideles toti à ſolo Deo pendentes, & à

Digitized by Google

terrenis ſegregati, quorum converſatio in cœlis eſt, Orig.

IN DEVTERONOMIVM.

Ex Capite III.

BAſan idem eſt, quod profundum, & deſignat infernum, cuius rex eſt diabolus, Arnob. in Pſalm. 135.

Ex Capite VII.

EVertere ſimulacra Deorum & aras eſt deſtruere avaritiam, quæ eſt idolorum ſervitus.

Ex Capite XI.

BEnedictiones datæ ſuper montem Garizim, deſignant eos accipere benedictionem æternam, qui à terrenis ſeparantur, & hic ſe peregrinos arbitrantur, Gloſſ. ord.

Ex Capite XIII.

OCcultat falſum Prophetam, qui errores eius defendit.

Ex

EX. CAPITE XIV.

DIvidere ungulam: eſt diſtinguere litteram à ſpiritu.

Item, diſcernere bonum à malo. Vnde qui moraliter vivit, Chriſti autem legem contemnit, ungulam quidem dividit, ſed non ruminat.

Milvus inter immunda computatur: ſignificat dæmones, latrones, uſurarios, & cæteros, qui aliorum bona devorare nituntur.

Paſcitur Milvus cadaveribus, & pretioſis unguentibus moritur. Vnde invidos quoque denotat, qui calamitatibus proximi delectantur, felicitate autem afficiuntur & anguntur. Clemens Alexandrinus. 3. Pædagog. 9. Aug. 1. q. in Evang. 30.

EX CAPITE XVII.

DEſcribens ſibi Rex Deuteronomium, eſt ut omnia quæ gerat, faciat ſecundum ordinem divinæ legis, Gloſſ. interlin.

EX CAP. XIX.

Aequalis ſpatii inter ſe jubentur eſſe civitates refugii, quia quantum credit quisquè, tantum ſperat, & quantum ſperat, tantum amat, Gloſſ. interlin.

Manubrium ſecuris, diſcretionem ſignifica-

re poteſt; & labitur ferrum de manubrio, cum quis excedit modum in corripiendo, Greg. 10. mor. 9.

Ex Cap. XXII.

ARare cum bove & aſino, eſt jungere amorem carnalem cum ſpirituali. Item, miſcere Iudaiſmum aut Paganiſmum cum Chriſtianiſmo, Greg. ſ. 1. Reg. 11. 12. & 13. moral.

Veſtis ex lino & lana contexta, ſubtilitatem hypocrytarum deſignat, linum enim interius celat, lanam in ſuperficie demonſtrat, ideo talis veſtis prohibetur, Greg. 8. moral. 39.

Ex Capite XXIII.

SPurii & Eunuchi, quos ab Eccleſia lex arcet, deſignant mores impios, & divina virtute ac genitali privatos, Clemens Alex. adhortat. ad Gentes, & Rupert. ſ. Deut.

Paxillus in Zona ferendus ad operienda egeſta ſeu excrementa, deſignat rationem paratam ad reprimendos illicitos motos appetitus; vel deſignat compunctionem tegentem peccata. Eſt etiam virga carnis caſtigatio, Phil. 2. allegor. Greg. 31. moral. 22.

Ex Cap. XXIV.

REIinquere manipulum ſegetis in agro, eſt relinquere aliquem ſenſum ſpiritualem intactum.

ctum. Item dare exemplum boni operis minoribus. Lyra & Rupertus ſ. Deut.

Ex Cap. XXV.

VIr extraneus, cui uxor non debet nubere, intelligi poteſt ſermo Gentilicius, quem non debet recipere Eccleſia. Origen. ſuper Matth. hom. 22.

Ex Cap. XXIX.

ADduxit Dominus Iſraël per deſertum, deſignans nos ad cœleſtem patriam tendentes per hunc mundum, tanquam per deſertum debere à Deo deduci. Lyr.

Non conſumptæ veſtes neq; calceamenta filiorum Iſraël in deſerto, deſignant non debere perire in nobis memoriam ſanctorum Patrum, Lyra.

Deſignant virtutum habitus non debere deficere in hac vita, qui tamen à Deo conſervantur, Gloſſ. interl. Item fuerunt ſymbola futuræ reſurrectionis, Ambr. de Fid.

Digitized by Google

OBSERVATIONES MYSTICÆ IN LIBRUM IOSUÆ.

Ex Capite II.

GAlgala ſive Gilgal, id eſt, rota, vel revolutio acervi, locus eſt contra Orientem Hiericho antiquæ, quem Iudæi mox trajecto Iordane occupaverunt, & à Ioſue circumciſi, quia nati in deſerto circumciſi non fuerant, deſignare poteſt ordinem coniugatorum, qui in rebus ſeculi voluuntur, velut in rota & in eis debet fieri circumciſio, ut reprimantur concupiſcentiæ. Sic in Galgalis concidit Samuel Aggag Regem Amalec, hoc eſt, pravas concupiſcentias per meditationem Sacræ Scripturæ, Greg.

Ducens Rahab exploratores ad tactum domus ſuæ, deſignat ſuſceptionem Chriſti à Patre venientis, Origen.

Rahab, id eſt, dilatata, mulier meretrix, quæ ſuſcepit hoſpitio exploratores Ioſue miſſos in Hiericho, quæ cum domo ſua ſalvata eſt in expugnatione civitatis, ſuſpenſo funiculo coccineo de feneſtra. Fuitq; poſtmodum uxor Salmon, cui genuit Booz. Typus eſt Eccleſiæ ex Gentibus, quæ prius erat meretrix, & ſordida per infidelitatem, ſed poſteà ſuſceptis prædicatoribus à Chriſto miſſis, in fide dilatata eſt, &

man-

manſit in Iſraël, usque in hodiernum diem. Quia ex Gentiiitate inſiti ſunt in oleam fidei Iudæorum, Orig. ſ. Math. Cyr. contra Novat. Hieron. ad Nepot. & ſ. Pſal. 86. Arnob. & Auguſt. in eund. Pſal. Rup. ſ. Ioſuam.

Funiculus coccineus, quem appendit Rahab ad feneſtram domus ſuæ. Typus eſt memoriæ paſſionis Chriſti habendæ. Orig. ſ. Ioſ.

EX CAPITE III.

MEdium Iordanis, in quo ſtetit Arca, deſignat fiduciam divinę miſericordiæ, in qua pedem ſpei figere debemus, Rich. de S. Vict. de extr. mal. 35.

EX CAPITE VI.

CIrcumeuntes filii Iſraël Hiericho, deſignare poſſunt annunciationem regni cœlorum, qua omnia mundi munimenta diſſolvuntur, Aug. epiſt. 119.

Cadentes muri Hiericho ad adventum Ioſuæ & Arcæ, deſignant victa diaboli machinamenta in adventu CHRISTI, & diſſolutam ſpem huius ſeculi. Orig. ſup. Ioſuam.

Digitized by Google

Ex Capite VII.

FVrtum Achan de Anathemate Hiericho, deſignare poteſt introductionem errorum Gétilium in Eccleſiam, Origen.

Ex Capite VIII.

PAtibulum, in quo ſuſpenſus eſt Rex Hai, crucem Chriſti deſignat, ubi crucifixus eſt diabolus, Orig.

Idem deſignant patibula, in quibus ſuſpenſi fuerant princeps piſtorum, & princeps populi, & Haman. Gen. 40. Num. 25. Eſth. 2.

Haman Mardochæum ſuſpenſurus ſuſpenſus periit: Sic diabolus Chriſtum extincturus, extinctus eſt.

Nunquam diabolus tantam turpitudinem paſſus eſt, quantam in paſſione & morte Chriſti, nam cum ſperaret ſe Chriſtum quoque habiturum, quotquot etiam habebat, perdidit; & cum cruci affixum eſſet corpus Chriſti, reſurrexerunt mortui: illic plagam accepit mors à corpore mortuo lethali vulnere cæſa: & quémadmodum Athletha cum adverſarium ſuum perſtraviſſe putat, lethalem plagam acciperet, ita & morti factum eſt, Chryſ. hom. 6. ad Coloſſ. Idem hom. 24. in 1. Cor. Quemadmodum qui cibum accipiunt, quem continere non poſſunt, etiam quem anteà comederunt propter illum evomunt. Ita in Chriſti morte evenit.

Mors

Mors cum corpus quod corrumpere non poterat, accepiſſet, etiam illa eiecit, quæ comprehenderat: ſiquidem, cum Chriſtum haberet, dolebat & affligebatur quousq; eum evomuit.

Deuteronomium, quod ſcripſit Ioſue, deſignat Legem novam p Chriſtum traditam. Vnde ſuper lapidem ſcripſiſſe dicitur, ut ipſum indicaret Chriſtum. Ideo ipſe Chriſtus inſtituens Legem novam dixit, Math. 5. Audiſtis, quia dictum eſt veteribus, &c. Ego autem dico vobis, &c.

EX CAPITE IX.

GAbaonitæ venientes ad filios Iſraël, deſignare poſſunt eos, qui veniunt ad fidem, ſed non penitus deponunt veterem hominem, Origenes.

Duri panes Gabaonitarum: ſunt opera veteris hominis inutilia, Gloſſ. ordin.

EX CAPITE X.

GAbaonitæ fœderati filiis Iſraël, impugnantur à Regibus, quib' prius erant amici: quia converſi ad fidem, impugnantur à dæmonibus & mundanis.

Omnes enim, qui piè vivere volunt in Chriſto Ieſu, perſecutionem patiuntur: unde admonentur, ut præparent animam ſuam ad tentationem. Verum vincuntur hoſtes eorum, ſtãte Sole, hoc eſt, Chriſto ipſis favente, Orig.

Digitized by Google

Calcare colla Regum, eſt ſubiicere dæmones. Calcare terram, deſpicere eam cum omnibus terrenis, & ſubiicere carnem, Orig. Hier.

Ex Capite XVI.

HAbitans Chananæus in Ephraim, & Iebuſæus in Hieruſalem, deſignat malos bonis permixtos in Eccleſia, & malas cogitationes in mente.

IN LIBRVM IVDICVM.

Ex Cap. III.

EGlon, id eſt, vitulus aut currus, Rex Moab, qui confortatus eſt contra filios Iſraël, deſignat maiorem virtutem dæmonis contra eos, qui addunt peccata peccatis. Origini autem Eglon idem eſt, quod rotatus vel orbita, deſignans diabolum volubiles & inquietos motus inducentem. Occiſus eſt ab Ehud gladio ventri infixo, hoc eſt, rationibus concludentibus & penetrantibus, Orig. ſ. Iud. hom. 34.

Ex Cap. IV.

CIſon fluvius, qui è monte Tabyrio in mare cadit, idem ſonat, quod duritia eorum. Ibi cor-

corruunt inimici Dei & Eccleſiæ. *Auguſt.* ſup. Pſalm. 82.

*D*ebora prophetiſſa uxor Lapidoth, cujus ductu vicit infideles, Typus eſt prophetiæ, quę dulcior eſt ſuper mel & favum. *D*ebora enim idem quod Apes ſonat. *D*eſignat etiam Legem, quæ tanquam mel in cera, id eſt in litera ſpiritus continet dulcedinem. Orig. ſup. Iud. hom. 5. Rupert. ſup. Iud.

Ex Capite V.

CVrrus Siſaræ eſt Superbia *D*iaboli, à quo deſiluit victus à Chriſto. Rup. ſup. Iud.

Sic currus *A*chabi ſequens Eliam, poteſtas *D*iaboli adverſus Chriſtum.

Currus autem Achabi, in quo interiit, eſt humana fiducia, in qua perit ſuperbus. Geor. Ven. can. 1. tom. 8. c. 5.

Ex Capite VI.

GEdeon, id eſt; conterens, etiam Hieroboal dictus, quaſi impugnator Idoli, quia deſtruxit aram & Idolum Baal.

*H*ic cum trecentis viris tubas & lampades gerentibus, percuſſit exercitum adverſariorum: Typum gerit Chriſti, qui cum *D*iſcipulis tubas Verbi *D*ei & lampades gerentibus, *D*æmones ſuperavit, & deſtruxit Baal hoc eſt, Idololatriam. Greg. 30. Moral. 34. & Rupertus ſup. Iud.

Excutiens Gedeon frumenta virga, deſignat Chriſtum

Digitized by Google

Chriſtum ſeparantem bonos ab inani malorum palea, vel eſt, rectitudine Iudicij à vitiorum paleis virtutum grana ſeparare.

Fundens Gedeon jus carnium ſuper hoſtiam, deſignat eum, qui in converſatione Chriſti, ipſas etiam à ſe carnales cogitationes exinanivit. Quaſi enim jus carnis liquidum in petram funditur, quando mens à carnalium cogitationum fluxu vacuatur. Greg. 3. Moral. 22.

Ex Capite VII.

DVcens Gedeon populum ad aquas, deſignat Chriſtum ducentem credentes ad Baptiſmum. Orig.

Ex præcepto Domini Gedeon dimiſit populi multitudinem incuratam, tanquam gentem ineptam ad prælium: & aſſumſit trecentos illos, qui manu lambuerant aquam. In nulla re eſt hominum certior probatio, quam in divitiis hujus mundi: & in illis optimè poſſunt cognoſci, qui ſunt boni milites, ſive miniſtri. Ideo qui in illis utuntur menſura & modo divina gratia apti fiunt vincere omnem Diaboli inſultũ, qui verò incurvant ſe, flectunt genua, pecuniam adorantes ut Deum ſubmerguntur cupiditate, & ſuccumbunt in qualibet tentatione. Nam ſicut qui Dei ſunt, quæ Dei ſunt faciunt. Ita qui pecuniæ obediunt, ex pecunia ſibi faciunt Deum, cui neceſſum eſt, ut in omnibus obtemperent. Vnde Origenes. Vnuſquiſq; hoc præ cæteris

teris colit; quod per omnia imitatur & diligit: hoc ei Deus eſt: ſi quid eſt, quod in dilectionis lance præponderat, hoc tibi Deus eſt.

Placet autem ea adijcere, quæ Laurentius Ramirez de Prado, cap. 33. ſui Pentecontarchi habet.

Cum Deus Omnipotens miranda facta ſua voluit hominibus eſſe manifeſta; ferè ſemper hoc uſus eſt argumento, ut ea per inſtrumenta viliſſima quæque operaretur. Inde eſt ut ad expugnandum univerſum hominum genus, Piſcatores pauculos, & pauperculos, qui non Eloquentia admirabili, ut Oratores, non potentibus armis, ut Alexander; ſed pura ſimplicitate potentiſſimos quoſque Reges, ad Evãgelii claritatem perducerent, ait Divus Paulus. 1. ad Corinthios capit. 1. verſ. 27. ſed quæ ſtulta ſunt Mundi elegit Deus, ut cõfundat fortia; & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret, ut non gloriaretur omnis caro in conſpectu ejus. Sic ſe habuit in Hiſtoria Gedeonis Iudicum ca. 7. Quum enim triginta & duo millia virorum collegiſſet contra Madianitas Dux Gedeon; admonitus à Domino eſt, ut liberam faceret abeundi facultatem ijs, qui prælia horrendi Martis pertimeſcerent. Abierunt viginti duo millia, qui dulce bellum inexperti crediderant. Quumque decem millia remanerent, multos eorum abijciendos præcepit Dominus, idque

que eo conſilio facere intendit, ne, cum finitum prælium eſſet, poſſet quiſquam victoriam ſuis brachiis, ſuis viribus partam clamitare. Signum igitur Gedeoni tale datum fuit. Qui lingua lamberit aquas, inquit Dominus, ſicut ſolent canes lambere; ſeparabis eos ſeorſum, qui autem curvatis genibus biberint in altera erunt. Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os proijciente lamberent aquas, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. Hanc hiſtoriam, & factum longè aliter accipio, & interpretor, quàm explicatum inveniam. Signum dedit Dominus Gedeoni, quo poſſet milites fortes ab ignavis diſcerne. Volebat enim ſecluſis fortiſſimis periculoſum & maximum bellum, non exercitatis militibus conficere. Quum igitur Madianitæ ex adverſa parte ad flumen conſiderent, qui cum Gedeone eis flumen erant ſitibundi, ad flumen accurrerunt. Ex quibus, qui ex hoſte proximo timorem conceperant, parum incurui, & pænè ſtantes manu aquam in os ingerebant: cæteri verò nihil hoſtem proximum timentes, genibus in ripa flexis, ipſo ore aquam hauriebant. Sed forſan obijcis aliter videri hæc in ipſo ſacro contextu ſignificari. De primis enim dicitur verſu 5. Qui lingua lamberint aquas, ſicut ſolent canes lambere. Sed advertendum eſt ſimilitudinem canum hic mirificè quadrare cum timidis militibus.

Nam

Nam canes è fluvio bibituri, ſi in fluvio ſentiant eſſe animalia, à quibus timere poſſint; raptim & currentes lambitare ſolent, ne deprehẽdantur. Vnde natum proverbium: Tanquam Canis è Nilo. in illos, qui properanter, & curſim aliquid faciunt. Aelianus libro primo. de de varia Hiſtoria. Et illud, inquit latinè, de Cane Aegyptio ſapientiam refert; non enim cumulatè, non largè, non liberè ex fluvio bibunt proni ſimul incumbentes, & quantum ſitiunt haurientes. Vident enim quæ intus ſunt, feras: prætercurrunt itaque ripam, & ſitim nihilominus reſtrinxerunt. Plinius etiam lib. 8. capit. 40. Certum eſt, inquit, juxta Nilum currentes lambere, ne Crocodilorum aviditati occaſionem præbeant. Vellet hic Cynthius aurem, & monet Canes fugere non ſolùm properanter bibentes, ſed & mordentes clanculum; ſcilicet .parituros fœtus non cæcos ſi expectent donec Elephanti: Atque inter hæc, caninâ nempe facundia.

Adlatrent nomen quod ſibi cunq; datur.

Dices illos mordere lapidem, Lector; cave, cane, inquam, ac pro Dignitatis Acquitatiſque tuæ ſapientia, & luce quæſo iudica quę veſanos inſania vexet, queis non feſtinatio quidem ullius operis ſui catulos informes edat, ſed incauta ipſa reprehenſio, qua ſibi ignaui. Nobis autem & cæteris, bona fide ſcribentibus, graves, ac ini-

ac iniquos alieni laboris æſtimatores oſtentant ſe, ſed nos ad cœpta feramur.

Fortiores dico militum hoſte viſo nihil territi genu flexo in aquam os immergebant. Hiſque omnibus Gedeon abire juſsis, cum reliquis qui trecentum fuêre prælium ſtatuit committendum. Quod ſenſiſſe videtur Flavius Ioſephus li. 5. antiquit. Iudaic. cap. 8. ubi, poſtquam ſcripſit Deum in ſomniis apparuiſſe Gedeoni, illique dixiſſe homines tali eſſe ingenio, ut ſibi placentes, nemini vellet virtute cedere, & victoriam ſibi potius quam Deo tribuere: nimirum magnis copiis freti, ait; Deum Gedeoni injunxiſſe (quo ſcirent rem totam pendere ab ipſius auxilio) ut circa meridiem cum æſtus ferveret maxime, exercitum duceret ad fluvium, & quotquot procumbentes biberent, eos viros fortes crederet; quotquot autem trepidè ac tumultuariè potum ſumerent, exiſtimaret eos ignavia & metu hoſtium id facere; & ſubjungit, cum feciſſet Gedeon ſecundum præceptionem Dei, inventi ſunt trecenti viri manibus præ metu aquam ſumentes confuſe.

EX CAPITE II.

FVgiens Iephte fratres ſuos. Typus Chriſti, qui à Iudæis non fuit agnitus. Auguſtin. qu. in Iud.

Latrones congregati ad Iephte, ſunt peccatores, quos venit Chriſtus vocare. Auguſtin. q. in Iud.

Iephte

Iephte debet eſſe vnusquiſque, qui devictis hoſtibus cupiditatum & voluptatum debet offerre Deo animam ut filiam unicam. Chryſoſt. de Iephte.

Ex Capite XV.

MAxilla qua Samſon percuſſit hoſtes, ſignificat verbum *Dei*, quo *Deus* innumeras Iudæorum & *Dæmonum* ſtravit catervas, & fontem vitæ populo ſuo apperuit. Hier.

Proijciens mandibulam *Aſini*, qua Philiſtinos interfecerat, deſignat *Deum* permittentem occidi *Apoſtolos*, quorum prædicatione ſubegerat Gentiles Rup. ſup. Iud.

Item deſignat corpora Prædicatorum morti tradita quæ ex ore ſuo aquas miraculorum fuderunt. Greg. 13. Mora. 7. 8.

Proijcientes autem *Ægyptij* infantes Iſraëlitarum in flumen, ſunt *Dæmones*, qui mundanos in fluctibus hujus ſeculi ſubmergunt. Origin. ſup. Exod.

Ex Capite XVI.

DOmus meretricis, ad quam ingreſſus eſt Samſon, Typus erat Inferni, quo deſcendit Chriſtus *Auguſt.* ſup. 107. Rupert. ſup. Zach.

Ludus Samſonis coram Philiſtæis, deſignat *Apoſtolos* gaudentes, quia digni erant pro nomine Ieſu contumeliam pati.

OBSERVATIONES MYSTICÆ IN PRIMUM LIBRUM REGUM.

Ex Cap. I.

OBſervans Eli os Annæ, deſignat Iudæos calumniari ſtudentes Eccleſiæ prædicationem, idque tantò magis, quanto illa preces multiplicat. Greg. ſup. 1. Reg. 1.

Novacula non aſcendit ſuper caput Samuelis, deſignat rapacitatem & Avaritiam, quæ non debet eſſe in Prælatis & Paſtoribus Eccleſiæ. Greg. ſup. 1. Reg. 1.

Illi ponunt novaculam ſuper caput, qui charitatis prætextu cœleſtia prædicant, ut terrena capiant. Non ita fecit Paulus, qui nec ſua vti voluit poteſtate. 1. Cor. 9.

Ex Capite II.

POrtat Ephod coram Domino, qui puram habet vitam Deoque placentem. Ambroſ. ſup. Pſalm. 118.

Filii duo Eli, deſignare poſſunt duos ordines Sacerdotum, & quia erant neſcientes Dominũ, deſignant promotos ad ordines & dignitates ratione cognationis & non ratione doctrinæ & Virtutis. Greg. ſup. 1. Reg. 2.

Ex Capite III.

INdicat Samuel omnes Sermones Domini, Eli Sacerdoti: Chriſtus & Apoſtoli prædicarunt Iudæis cõminationes divinas. Greg. Sic Samuel indicat

indicat Sauli omnia quæ erant in corde eius. Sic fidelis Paſtor omnia communicat & indicat auditoribus, quæ à Deo ſibi inſpirata & præſcripta novit.

EX CAPITE V.

DIe altera viderunt Azotii jacentem Dagon: & rurſum altera, quę eſt tertia, viderunt eum abſciſſis manibus & capite. Vt prima dies ſit prædicatio cõtra Idololatriam: ſecunda cognitio fidei & priſtini erroris: Tertia deliberata certitudo & oblatio profeſſionis & poteſtatis fidei. Greg. ſup. 1. Reg. 1.

Ebullientes villæ & agri Philiſtinorum mures, deſignant hæreticos undique conſurgentes & Eccleſiam perturbantes. Lyra.

Ebulliens autem fluvius Ægypti, ranas, deſignat ampullas verborum, quibus mundani abundant Gloſſ. ord. in Exod. 8.

Non calcantes Sacerdotes Dagon ſuper limen templi ejus, deſignant non reſiſtentes immundis ſuggeſtionibus nec pravis operibus. Greg. ſup. 1. Reg. 5.

EX CAPITE VI.

PHiliſtini divinam agnoſcentes caſtigationẽ, remiſerunt arcam, tollentes duas vaccas, quę lactabant vitulos junxerunt ad plauſtrum, vituloſq; earum concluſerunt domo. Ibant autem in directum vaccæ per viã, quæ ducit Bethſames, & itinere uno gradiebantur pergentes & mugientes, & non declinabant, neque ad dextram, neque ad ſiniſtram.

Omnes illi, quibus arca Domini portanda committitur carnalibus affectibus purgari debent Vnde Moſes in ſua benedictione ad Levitas ait. Qui dixit Patri ſuo & matri ſuæ: neſcio vos: & fratribus ſuis, ignoro illos & neſcierunt filios ſuos. Hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſervaverunt. Iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Iſraël Deutero 33. Et. Chriſtus Dominus. Luc. 14. Niſi reliquerit Patrem & matrem, & uxorem & filios propter me, non eſt me dignus. Et ſane qui mundo placere volunt, Chriſti ſervi eſſe nequeunt ut Spitus S. per ſuum Apoſtolum teſtatus eſt. Væ igitur, cum benedixerint vobis omnes homines. Luc. 6. Beati autem eritis, cum vos oderint omnes homines. ibid.

Quod Ezechielis frons durior fuerit frontibus Iudæorum, denotat fortitudinem miniſtrorum, non pertimeſcentium imprudentiam peccatorum. Hieron. ſup. Ezech. Hinc pollutum labiis ſe dicebat Eſaias, quia non locutus eſt reprehendendo Oziam, ut interpretatur Origenes.

Domus in qua clauduntur vituli, eſt conſcientia Orig. & Iſychius.

EX CAPITE VII.

PErcutere Philiſtæos uſque ad locum ſubter Bethchar, eſt vincere Dæmones uſque ad terminum vitæ, vel uſque ad perfectionem, quæ ſub Chriſto haberi poteſt.

Ex

Ex Capite IX.

EMinens Saul ſuper populum & humero, & ſurſum, qui in exterioribus fortior eſt cæteris ac eminentior licet in interioribus illis plurimum cedat, ut hodie multi prælati, principes &c. Greg. ſup. 1. Reg. 9.

Ex Capite XI.

PErcutiens Saul Amon, donec incaleſceret Sol, deſignat prædicatorem debellantem vitia ſequentia gulam, donec videat Auditores interni luminis magno calore inflammari. Greg.

Ex Capite XIV.

PErcutere Amalec, eſt vincere Spiritum fornicationis & ſi adhuc ſurgant motus, iterum eſt percutiendus. Percutit autem eum ab Euilath uſque Sur, qui comprimit omnem concupiſcentiam & deliberationem, & reprimit perſeverantes in turpitudine.

Ex Capite XV.

GReges Amalec, ſunt turpes carnis cogitationes, & omnis generis peccata, quæ reſonant in auribus Samuelis, id eſt, vigilantis & ſeduli Paſtoris, ut ejus prædicatione caſtigentur. Greg.

Luget Samuel Saulem reprobatum à Deo, ut doceamur compaſſionis affectum non eſſe amittendum erga impœnitentes, & cum à Deo dicitur? Vſque quo luges Saulem, Admonemur ſolatium ſumendum eſſe ex afflictione lapſi, cum à Deo deſeritur, & acquieſcendum in Dei juſtiſſimo judicio. Greg.

decurſus, & deſignat ſuperba Iudæorum corda, quæ dum hujus mundi deſideriis defluunt, in Chriſti, id eſt, uncti ſe morte miſcuerunt, vel idem eſt, quod devoratio & peculiariter deſignat Phariſæos & Sacerdotes Iudæorum. Greg. 4. moral. 3. & Rupertus.

IN LIBRVM SECVNDVM REGVM

Ex Capite V.

HIram Rex Tyri deſignat principes ex Paganiſmo venientes ad fidem, & adjuvantem Eccleſiam. Hiram autem ab hoc Rege miſſus, ut Architectum templi ageret, natus patre Tyrio, & matre Iudæa, deſignat prædicatores & ædificatores Eccleſiæ non ſolummodo ex Iudæis, ſed & Gentibus fore. Hyeronim. ſup. Eſaiam

Ex Capite VI.

GEthæus Obededom, in cujus domo manſit Arca Fœderis, deſignat Gentiles recipientes arcam Legis. Et Gethæi omnes ſunt recipientes Chriſtum crucifixum. Geth enim ſignificat Torcular. Crux autem Chriſti verum torcular fuit. Gloſſ. ordinar.

Geth in qua captus eſt David, in Titulo Pſalmi 56. deſignat Eccleſiam, in qua tenetur Chriſtus. Aug. ſupra eundem Pſalmum.

Ex Cap. X.

HAnon, id eſt gratioſus, ſive miſericors, vel do-

nans

nans ſive requieſcens, filius Naas, *Rex* Ammonitarum, qui præcidit veſtes nunciorum David usque ad nates. Typus eſt diaboli facientes cadere aliquos in peccatum libidinis, eosq́; poſtmodum detegentis. Lyra.

EX CAPITE XXIII.

EXtorquens Banaias haſtam de manu Ægyptii, qua ipſum interficit. Typus eſt Doctoris, qui mundanos & hæreticos propriis ipſorum rationibus & authoritatibus convincit, Lyra.

Item typus Chriſti, qui diabolum propria eius haſta, hoc eſt, cruce, qua Chriſtum perdere voluit, interfecit.

IN LIBRVM TERTIVM REGVM.

EX CAP. I.

DOrmiens Abiſac in ſinu David, deſignat ſapientiam quieſcentem in ſenibus, licet vires corporis deficiant Hieron. ad Nepot.

EX CAPITE IV.

DIſputans Salomo ſuper lignis à Cedro usque ad Hiſſopum; deſignat Chriſtum, q ab ſublimitate cœli venit ad humilitatem crucis: qui

etiam judicaturus eſt ſuperbos & humiles : cui etiam aperta ſunt omnia, Gloſſ. ord.

Ex Capite V.

GIblii qui præparârunt ligna ad domum Dei, quam conſtruxit Salomon, ſignificant Doctores præparantes auditores, ut ſint apti ad ædificium domus Domini. A quibusdam dicitur Gebal, id eſt, determinans, unde plurale Giblini, qui quadrant lapides & ligna.

Ex Capite VI.

FEneſtræ Templi obliquæ, erant exterius anguſtæ, interius latiores, ut per parva quædam foramina poſſimus ad interiora penetrare, & ad clariſſimi luminis, quod in templo verſatur, plenitudinem pervenire, ſunt occultæ viæ, & occultæ diviſiones gratiæ in Chriſto, unde dividit ſingulis prout vult, Hieronymus ſup. Ezechielem. Gregorius ſup. Ezech. & Rupert. ſ. 3. Reg. 8.

Feneſtræ Templi Ezechiel. 40. ſunt Eccleſiæ Paſtores, qui in populo Dei lumen ſanctæ prædicationis profundunt, qui dum ea, quæ in occulto vident, & in ſacris literis conſpiciunt, publicè fidelibus pandunt quaſi ſuſcepto lumine Solis, feneſtræ cuncta templi penetralia replent, Greg. ſ. Ezech.

Duplex erat utrumque oſtium templi : ut in dile-

dilectione Dei ſit fides veritatis, & puritas operationis: in dilectione proximi patientia & benignitas, Gloſſ. ord.

Facit Salomon, id eſt, Chriſtus Cherubin in parietibus Templi, cum electos ſuos Dominus ad Regulam Sacrarum Scripturarum, in quib⁹ eſt multitudo ſcientiæ, vitam ſuam dirigere donat, & cum in hoc mundo caſtitatem Angelicæ converſationis pro modulo ſuo facit imitari.

Palmas facit, cum memoriam æternæ retributionis eorum mentibus infigit. Facit picturas prominentes de pariete, cum multis varias virtutum operationes fidelibus tribuit, Gloſſ. ordin.

Laminæ aureæ tegentes tabulas templi, deſignare poſſunt charitatem, ornantem fidem & opera; ſeu latitudinem charitatis de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta.

Deſignant etiam gloriam æternam, quæ fidelibus veteris & novi Teſtamenti datur, Gloſſ. ordinar.

Ex Cap. VII.

FAciens Hiram duas columnas æreas ad templum: deſignare poteſt prædicatores prædicantes utrumque Teſtamentum, & per geminam charitatem roborantes Eccleſiam, Lyra.

Reſticula triginta cubitorum cingens mare æneum

æneum, deſignat diſciplinam prçceptorum cœleſtium, qua à noſtris voluptatibus religamur & reprimimur, Greg. 25. mor. 3. Bernard. ſerm. de triplici vinculo.

Menſa aurea, cui panes propoſitionis imponebantur: Typus Eccleſiæ Paſtorum, qui panem vitæ diſtribuunt.

Reflexa autem labia menſarum intrinſecus, Ezech. 40. ſunt, quando paſtores & Doctores ad conſcientiam revocant tacita cogitatione, quod dicunt, & ſemetipſos ſubtiliter ſcrutantur, ſi faciunt, quod loquuntur, idque per circuitum, ne in una parte ſe conſiderent, in alia negligant, Greg. ſ. Ezech. hom. 21.

Ex Capite IX.

EXpenſç Salomonis & aliorum Regum in domo Domini ædificanda, ſeu munienda, ſignificare poſſunt labores piorum paſtorum pro ædificanda Eccleſia Chriſti.

Sumptus autem neceſſarii ad turrim cõſtruendam, Luc. 14. deſignat ſufficientem facultatem ad exponendas ſcripturas, Orig ſ. Math. hom. 19.

Ex Capite X.

FAma Salomonis, prædicationem de Chriſto ſignificare poteſt, quæ audita eſt apud Gentes, Lyra.

Sic fama victoriæ Saulis, 1. Reg. 13. denotat prædicationem victoriæ Chriſti.

Regina Auſtri, typus animæ, quæ ſenſibus & appetitibus carnis, mentisq́; affectibus præſidet, & ſummi Regis veriq́; Salomonis amore fervet, eiusq́ue videndi deſiderio ardet, & Regem interrogat, &c.

Ex Capite XII.

Hierobeam ſervus profugus, reverſus ex Ægypto, facit ſe Regem Iſraël contra Rechabeam filium Salomonis, & ne populus in Hieruſalem aſcenderet, adoraturus Deum in tẽplo, fecit fieri duos vitulos aureos, quos populo præbuit adorandos, timebat enim diminui regnum ſuum, ſi populus aſcendiſſet in Hieruſalem DEUM adoraturus. Diabolus transfuga à Deo, in mundo vires colligit, & ſe principem mundi conſtituit, & quia homines à Deo dividere laborat, duo idola aurea erigit, Cupiditatem ſc. & Avaritiam.

Scit enim eos, qui aſcendunt ad templum Salomonis, hoc eſt, inhabitant Chriſti Eccleſiam, regnum ſuum nihil curare, ſed illud fugere & abhorrere.

Ex Capite XIV.

IEroboam dixit uxori ſuæ, muta habitum, ne cognoſcaris, & vade in Sylo ad Achiam Prophetam.

Ieroboam idem eſt, quod diviſio populi. Vt ergo diabolus populum à Deo dividat, & proximum à proximo, tentationes ſuas ſimulata ſanctitate veſtire & exornare conatur, ne tales agnoſcantur à ſanctis.

Achias autem Ieroboami uxori dixit, quare ſimulas te aliam, quam uxorem Ieroboami? quaſi diceret, cognoſco te, non decipies me, vade retro, revertere ad virum tuum Ieroboamum, ſcil. diabolum, & cum illo habita, quia Chriſtus nihil habet commune cum Belial.

Ex Cap. XVI.

Hiel typus religioſi redeuntis ad pompas ſeculi, Gloſſ. ord.

Reædificans Hiel Hiericho, prius à Ioſue deſtructam, deſignat eum, qui cum renunciaſſet diabolo & actibus eius, iterum male vivendo eadem vitia repetit, Gloſſ. ord.

Ex Cap. XVII.

Elias viduæ Sareptanæ filium ſuſcitavit: ſic Chriſtus gentilem populum.

Elias à Ieſabele perſequutionem paſſus: Sic Chriſtus à Synagoga.

Eliæ etiam raptus, Chriſti aſcenſionem ſignificavit.

Elias quoque typus Ioannis Baptiſtæ, Math. 12. Marc. 9. Luc. 1.

EX CAP. XVIII.

NEbula parva aſcendens de mari, quam pluvia magna ſuper terram ſequuta eſt. Typus CHRISTI, qui ex mari tribulationum aſcendens, Spiritum Sanctum ceu pluviam fœcundantem demiſit.

Currentes aquæ circa altare, deſignant abundantiam donorum Dei, quæ veniunt nobis per crucem CHRISTI, Hieronym. ſuper Iſaiam 30.

EX CAPITE XIX.

MOns Oreb, in quem fugit Elias, ſignificat exſiccationem, ut deſignetur in eo, qui fugit ſeculum, deberi ſiccari profluvium carnalis voluptatis, ut plenius cognoſcere valeat Deum, Ambr. de fuga ſeculi.

Oreb idem quod Siccitas, deſignat exſiccationem carnalis vanitatis: unde ad hunc montem confugit Elias, fugiens vanitatem Regiæ curiæ. Ambr. de fug. ſe. 6.

Iuniperus ſub qua dormit Elias, Eccleſiam Gentium ſignificare poteſt, quæ ſacrarum literarum præceptis nequaquam fuerat exculta. Rupert.

Vel deſignat crucem Chriſti, ſub qua requieſcit peccator converſus.

Obdormiens Elias ſub umbra Iuniperi, deſignat Chriſtum quieſcentem in Eccleſia Gentium.

Co-

Coquens Elyſæus carnes boum in aratro, deſignavit Chriſtum in cruce, qui legem & prophetiam implevit.

Gladius Azael Syri, eſt doctrina fidei in illis, qui ex Gentibus crediderunt. Gladius autem Iehu uncti ſuper Iſraël: eſt prædicatio Ioannis Baptiſtæ reprehendentis Scribas & Phariſæos. Gladius verò Eliſæi, eſt Evangelica prędicatio, quæ ſeparat fideles ab infidelibus, & interimit noxias cupiditates & peccata.

Ex Cap. XXI.

IEſabel typum gerit ſapientiæ carnalis, quæ doctrinam ſpiritualem perdere nititur, inductis erroribus, ut voluptatibus tanquam oleribus homines vacent, Orig. Ambroſ. Bernhard. & Rupert.

Ex Capite XXII.

EQuites ſuos dixit Rex Ioſaphat, eſſe equites Achab, de qua re eſt reprehenſus, quia boni non debent inire ſocietatem cum malis, Lyra.

IN LIBRVM QVARTVM REGVM.

EX CAPITE II.

NOn relinquens Elyſæus Eliam: deſignat Apoſtolos non relinquentes Chriſtum. Idem ſignificavit Sunamitis, non derelinquens Eliſæum. Et non relinquens Ruth Naëmi, eſt Gẽtilitas adhærens Eccleſiæ, quæ erat ex Iudæis.

Hiericho ſterilis, ſed mittente Elyſæo ſalem in aquam, facta eſt fructifera: deſignat Gentilitatem prius ſterilem, & per Apoſtolorum prædicationem in fide factam fœcundam. Rupert. ſup. Hoſeam.

EX CAPITE III.

ELyſæus citharedum ſibi dari jubet, ut Regi Iſraël reſpondeat: Eccleſiæ miniſtri non injuriis & contumeliis perturbandi, ſed beneficentia & humanitate exhilarandi ſunt, ut munere ſuo cum alacritate fungantur. Hinc Deus in benedictione Moſis, Deuter. 33. omnium eorum dorſa percutere vult, qui Levitas perſequuntur. Hinc Burggrafius ille Norimbergenſis dicere ſolebat, ſe malle totum mundum irritare, quam unum ex Eccleſiæ miniſtris iniuria & triſtitia afficere ſubjungens: Quam mundus ſolicitè quærit vindictam, illam miniſtri omni-

potenti, & juſto ſuo DOMINO committunt, cui tanquam oculi pupilla commendati ſunt, Hinc Paulus 2. Theſſ. cap. 1. Iuſtum eſt apud Deum viciſſim reddere, iis qui affligunt vos, afflictionem: vobis verò qui premimini, relaxationem vobiſcum, cum patefiet Dominus Ieſus de cœlo cum Angelis ſuis potentibus.

Patrum memoria, impius ille Empſer, repentina & horrenda morte ebrius obiit, cum Alexio Croſnero pio miniſtro, ob fideliter præſtitum officium Dresda, in exilium depulſo, inſultaſſet. Deus enim ſuſpiria afflictorum audit, Pſalm. 10.

EX CAPITE IV.

Puer Eliſęi cum baculo, denotat Moſen cum Lege, qui non valuit ſuſcitare Genus humanum, *Aug.* ſer. 207.

Elyſæus ſe incurvans ſuper puerum mortuum, deſignavit Chriſtum humiliantem ſe ad aſſumptionem naturæ humanæ, ut reſuſcitaret genus humanum.

Puer quem ſuſcitavit Elyſæus, typus eſt generis humani à Chriſto liberati, Gloſſ. ord.

Elyſæus ſuo cadavere mortuum ſuſcitat: ſic Chriſtus per mortem ſuam genus humanum à morte liberat.

Suſcitans etiam puerum, os ori, & manus manibus applicando. Typum Chriſti geſſit, qui nobis ſimilis factus, os ſuum noſtro ori, & manus ſuas applicavit.

Pueri clamantes Calve, Calve, aſcende, fuerunt

runt typi Iudæorum, clamantium crucifigatur in Calvaria.

Item impiorum, qui Eccleſiæ miniſtros cõtumeliis afficiunt, quibus tamen, nil niſi levia & calva obiicere poſſunt.

EX CAPITE V.

NAaman, typus eſt Gentilis populi: qui prius incredulus erat, ac poſtmodum factus credulus & baptizatus, à peccatorum lepra purgatus. Vt autem ipſe non credidit prius Eliſęo loquenti, ſed amicis hortantibus, ſic Gentes non crediderunt prędicanti Chriſto, ſed prędicationi Apoſtolorum, Orig. ſ. Luc. hom. 3. Ambroſ. de initiati. *Myſter.* Aug. ſer. 208.

Puella Hebręa, quę erat apud Nahaman, typus eſt prophetię, cuius aliqualis notitia pervenit ad gentes, cui etiam crediderunt, *Auguſt.* ſerm. 268.

EX CAPITE VI.

CAdens ferrum ſecuris de manubrio in aquã, deſignat gen⁹ humanum de manu omnipotentis per ſuperbiam excluſum & lapſum, & in flumine luxuriæ, vel omnium peccatorum gurgite ſubmerſum, Aug. ſerm. 210.

Manubrium dici poteſt cor hominis, & mittitur ab Elyſæo in aquam ad educendum ferrum, cum Chriſtus humiliat cor ad reſtituen-

dum illi donum intellectus, per ſuperbiam aut opera diſſoluta amiſſum, Gregorius 22. moral. 5.

Deſignare etiam poteſt corpus Chriſti demiſſum in ſepulchrum, quod divina ſua potentia extractum eſt in reſurrectione.

Ex Capite XVIII.

RAbſaces, typus ſatellitum diaboli, qui blaſphemant Deum, ut inducant populum ad ſerviendum diabolo, eisque temporalia bona promittit. Cyrillus de Adorat. in Spiritu Sancto.

Ex Capite XX.

GRadus decem, quos aſcendit Sol, qui prius deſcenderat, unde Hiskias de vitæ prolongatione certior confirmabatur: deſignant decem umbras, quibus Deus ſuam commiſerationem ad æternæ vitæ prolongationem teſtatur.

Primus gradus eſt in Angelis, quibus apparuit priſcis Patribus. Secundus in Patriarchis, in quibus operatus eſt. Tertius in legis latione, quia ipſe in lege locutus eſt. Quartus in Ieſu nave, p quem populum introduxit. Quintus in judicibus, per quos ipſe populum regebat. Sextus in Regibus Iudæorum, per quos regnabat. Septimus in Prophetis, per quos nun-

Digitized by Google

nuntiatus eſt. Octavus in pontificibus, quia ipſe ſummus Sacerdos eſt. Nonus in incarnatione apparens homo. Decimus in paſſione

Ex Capite XXIII.

MElchon, id eſt, Rex eorum, vel conſiliator eorum, fuit idolum filiorum Ammon, quod etiam dicitur Moloch. Typus eſt Avaritiæ, cui dant de ſemine ſuo, qui ei ſerviunt.

Digitized by Google

DISSERTATIO VLTIMA.

QVID REGES ET PRINCIPES, TOTIVSQVE CHRISTIANI

Orbis Magiſtratus, ex Viſione illa admirabili Ezechielis primo capite, diſcere debeant?

DIVINVM VISIONIS HVIVS Myſterium, cum in Præfatione, quæ Biblijs illis Hiſpanicis, Genevæ olim excuſis, & Baſiliæ publicatis præfixa eſt, tàm ſolidè & perſpicuè explicitur, ut vix quicquam addi poßit, illam de verbo ad verbum, quemadmodum in meo continetur exemplari, transſcriptam hic inſerere tàm valui, quàm debui.

AD SE.

AD SERENISS. ILLVSTRISS. GENEroſos, Nobiles, Prudentes: Reges, Electores, Principes, Comites, Barones, Equites, atque Magiſtratus civitatum, cùm totius Europæ, tum inprimis S.Rom. Imperii.

Præfatio Hiſpanici Sacrorum Bibliorum Interpretis, in qua ex prima viſione Ezechielis Prophetæ diſſerit de officio piorum Principum, Evangelium Chriſti verè, & ex animo profitentium: ac ſimul verſionis huius patrocinium & tutelam, quanta poteſt reverentia atque animi ſubmiſsione, eis commendat.

Digitized by Google

EXERCUIT hactenus vehementer ſacrarum literarum interpretes oẽs, tum veteres, tum recentiores prima illa viſio Ezech. 1. c. ſuarum Prophetiarum, in qua *mirabilem currum, & currui inſidentem Dei Majeſtatem, mirabilia quoq; animalia currum trahentia divinus Propheta deſcribit*, neq; immeritò. Cum enim ex rebus, quæ paſſim occurrunt ſenſibus noſtris, ad ſua nobis myſteria ſignificandum, Spiritus Sanctus typos deſumit, bona jam pars eorũdem myſteriorum nobis quodam modo manifeſta eſt, utpote, qui ex communi rerum uſu, ea jam novimus, quæ abditarum rerum ſigna Spiritus Sanctus eſſe voluit: neq; in eisdem primùm cõfingendis, cooptandisq; quidq̃ elaborandum eſt. Multò ſec' res habet, cùm non modò q̃ repræſentantur arcana à noſtris ſenſib⁹ omninò ſunt remota, verùm etiam in ipſis quoq; typis non mediocris ſubeſt difficultas, ut q̃ ſint nobis non minus, q̃ res ipſæ, ignoti, obſcuri, nusq̃ viſi, nusq̃ extantes. Dei Majeſtas, niſi rerum q̃ oculis noſtris obverſantur, imaginibus utcunq; depingatur, ineffabilis atq; incomprehenſibilis omninò nobis eſt. Modus item quo in rebus à ſe creatis, vel ẽt in Eccleſiæ ſuæ gubernatione verſatur, haud minus ignotus. Diſpoſitio deniq; totius regni ſui, atq; adeò diſpenſatio arcanorum ſuorum judiciorum in mundo, ignotiſſima.

Ea jam nobis ſignificantur per prodigioſa animalia, ſingula quadriformia, alata quaternis

alis

alis,oculata undiq;,manibus humanis , vitulinis pedibus prædita:eiſdem rurſus rectis, id eſt nullis cōpagibus , ſuffraginibus,aut juncturis, quibus complicari crura poſſint , elephanti inſtar. Per currum quem trahant magno impetu, ſtridore terribili,tum per terram , tum per ipſa æthera: eum rurſus quatuor conſtantem rotis, quæ aliis quatuor eiſdem implicatis, jam non quatuor,ſed octo ſint. Oculata uſquequaque omnia, viventia omnia,imo & ratione Angelica prædita omnia. Hæc quia in tota rerum univerſitate nunquam vidimus , ne his quidē quoquo modo ſimilia,ſolertibus interpretib' haud minùs in ipſis primùm imaginibus ſtatuendis elaborandum eſt,quàm,ipſis jam ut decet conſtitutis,in ipſa rerum inveſtigatione poſtea. Itaque cum eam viſionem nunc ſuſceperimus explicandam,primæ huic parti officii noſtri cupiētes ſatisfacere , interjectam hic figurā meditati ſumus adhibitis etiam eruditorum judiciis,qui in eadem enucleanda hactenus quicquam præſtitere,ut quod fieri poſſet,per imbecilles ingenii noſtri vires,Prophetæ mentem ipſius inhærentes veſtigiis in ea exprimeremus. Id primùm citra eorum præjudicium factum cupimus, qui idem ante nos tentarunt. Fuerunt præterea nonnulla addenda , ut menſa inter ipſas rotas, tum ad ignis ſedem,tum etiam ut currus conſtaret ratio. Columnæ item quibus cœlum infernè fulciretur : ſtellæ , quibus per expanſionem illam Chriſtallini aſpectus ſignificari cœlum,

 ipſum,

ipſum, quod ſedes Dei ſit, oſtenderemus. Licet non dubitē, quæ addidimus, haud quaquam ſine certo conſilio à Spiritu Sancto fuiſſe omiſſa, quod ſcilicet hæc cœli machina ſolio Dei deputata, nullis aliis fulcris præterquam uno Dei verbo ſuſtentetur: quod currus ipſe & totus igneus ſit, & arcana quadam & humanę rationi impervestigabili diſpoſitione ſibi cōſtet: quod eadem ratione rotæ ipſæ ſponte ſua, nullis ligaminibus cohæreant, nulliſq; lororū adminiculis materiæ hujus, ſed arbitrio voluntatis ſpontaneo Cherubinis rectoribus pareant, præeunteſq; ſequantur. Hæc tamen quia ad partium figuræ cognitionem humano ſenſui neceſſaria viſa ſunt, quamvis præter ipſius Prophetæ præſcriptū addita eſſe videantur, non tamen præter ipſius mētē ſunt judicāda. Ergo figura jā utcūq; cōſtituta, ad ipſius interpretationē accedamus.

Principio arcuerunt Rabbini ſuos diſcipulos juniores, ceu à re inacceſſa, ab hujus viſionis lectionè, in qua tamen neq; ſeniores poſtea, neq; ipſidemum magiſtri felicius verſati ſunt. Ex noſtris, veteres quidem uno ferè conſenſu oēs animalia quatuor Evangeliſtas interp̄tati sūt: unde poſtea diſiunctis, ac diſſectis à ſe invicem formis quatuor, quæ unà in ſingulis manere ſep debuiſſent, materia nugandi pictorib. data eſt, q. ſingulis Evangeliſtarū una tantū forma attributa, ꝑ Matthæo Humanam, pro Marco Leonicā, pro Luca Taurinā, pro Iohanne Aquilinā nobis exhibent: licet eū errorē utcunq; excuſare poteſt, ꝙ ipſe Iohan. in ſua Apoc. eaſdē formas ſeparatim

ita diſtribuat. Vt verò ad veterum interpretationem redeamus, ſi animaliũ interpretationi pro Evangeliſtis Gloriam Dei currui inſidentē ipſi Evangelio attributam addidiſſent, & in reliquis figuræ partibus ad eundem ſcopum dextrè collimaſſent, tolerabilis profecto fuiſſet interpretatio, neq; infrugifera, tantiſper ſaltē dum verior & germanior appareret, quę ambigēdi ultra, eſſet ne iſta vel illa, omnē occaſionē pręcideret.

Itaq; Neotericorum quidã hac veterũ rejecta interpretatione aliã pia quidē doctrina fęcũdã, tñ (ꝙ cũ bona ipſorũ venia dixero) judicio meo, remotiorē, & loco nihilomagis congruentē ſubſtituerũt: eãq;, ni fallor, mutuatã à Rabinis. Oſtendi hic ſc., quo pacto Dei providētia res creatas gubernet ejuſmodi ordine, ut quę infima sũt à ſuperioribus, ſuperiora verò à ſupremis regantur: qua ratione fit, ut hominũ negotia, caſus, eventus, atq; adeò res naturales omnes, & quiqd demum ſub ſole fit, Spirituum virtute ac ſolerti miniſterio dirigãtur, atq; adminiſtrētur. Quo rurſus fiat, ut quantumvis videatur cęcis hominibus res ſuas adminiſtrari cęca fortuna, revera certiſſimo atq; invariabili Dei conſilio, ꝙ cœleſtes illi Spiritus exequantur, adminiſtrentur, dirigenturq; ad certũ Gloriæ Dei ſcopum, Providentia ipſius oculata undiq;, admiranda, imo adoranda potius, ſapientia volvente omnia, rotis vivētib. oculatiſſimis, & ſupma atq; admirabili ratione ac judicio p̃ditis, circũvolutionib. minimè cæcis temere & ſine ullo cõſilio ac ratione, ut For-

ut Fortunam cum ſua rota mundi ſapientia finxit. Hæc ut demus omnino vera eſſe, quemadmodum & revera ſunt, & alluſio ad Fortunæ cæcitatem & errores, quam vulgus hominum exiſtimavit, perpulchrè reſpondeat, tamen (ut mihi quidem videtur) majori ex parte philoſophica ſunt, neque ad præſentis Prophetiæ inſtitutum ſatis comparata, niſi longiuſculis fortaſſis canalibus, ut fieri ſolet, deducantur. Hic enim de communi rerum gubernatione per divinam Providentiam nullus ſermo eſt: ſed de Eccleſiæ ſtatu, de Dei circa illam Providentia ſingulari, & diſpenſatione judicii ipſius: neque id in genere, ſed quatenus in eo ſtatu erat; & in ejuſmodi figuris interpretandis, quas Prophetæ ſubinde ſolent doctrinæ ſuæ adhibere, doctrinæ illius habendam imprimis eſſe rationem, ad quam utique figuræ comparatæ eſſe ſoleant, docti omnes & periti harum rerum artifices cenſuerunt.

Illi, meo quidem judicio, nonnihil propius ad rem acceſſerunt, qui priori veterum interpretationi addidere, quod in ea deſiderabimus: videlicet pro Dei Gloria, quæ hîc deſcribitur, ipſam Evangelii ſubſtantiam intelligentes; per animalia verò non Evangelii ipſius ſcriptores modò, ſed quoſcunque fidos Evangelii miniſtros. Deinde viſionis, ſeu imaginis partes omneis tum officio, tum perſonis, quoad fieri potuit, adaptarunt. Neque horum judicium ſua vel optima ratione caruit. Quid enim magis

Fidei

Fidei regulæ, ac proinde veræ theologiæ conſentaneum, quam Dei Majeſtatem & Gloriam, qua Deus (alioquin inviſibilis, incomprehenſibilis, in acceſſus) hominibus fit conſpicuus, Evangelio tribuere? Nos autem (inquit Paulus) retecta facie Gloriam Domini contemplantes, in eandem imaginem transformamur. Et Paulo poſt, Ipſe (inquit) illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem cognitionis Gloriæ Dei in facie Chriſti Ieſu. Ad hoc etiam imprimis facit illa hominis ſimilitudo throno inſidens, non infra, ſed ſupra cœlum, quæ in præſenti figura Dei perſonam ſuſtinebat, qua niſi Chriſtum ipſum, quid intelligas, evectum ſupra omnes cœlos, ac ſedentem ad dexteram Majeſtatis in locis ſupercœleſtibus, ut ipſe Paulus inquit, adimplentem omnia? Id vel uno Iohannis Evangeliſtæ ac verè theologi teſtimonio confirmatum abundè teſtatum nobis eſſe debet, qui prænunciatam per Prophetas Iudæorum cæcitatem aſſerens cùm Ieſaiæ viſionem ſexti capitis huic præſenti ſimilem allegaret, Chriſtum ipſum conſtanter affirmat fuiſſe qui in throno illo tremendo ſedens à Propheta fuerit viſus, Hæc, inquit. dixit Eſaias, quando vidit Gloriam ejus, nempe Chriſti, & loquutus eſt de eo. Itaque veri & fidi Evangelii Miniſtri, qui unum Chriſtum purè annunciant, nihil aliud quam Dei Gloriam & Majeſtatem in ipſo Chriſto conſpicuam ſpectandam toti orbi offerunt. Cætera etiam omnia quæ in ipſa pictura & animalium

Digitized by Google

malium & currus totius apparent officio ꝓlorũ Miniſtrorũ & perſonis haud malè quadrare mõſtraremus, niſi ad inſtitutũ eſſet properãdũ, quo ꝓpoſuimus viſionis huj⁹ difficilimæ genuinã ac indubitatã expoſitionẽ elicere, q̃ niſi Dei beneficio nacti eſſemus ex ipſiuſmet Prophetę verbis, nõ dubiũ quin hãc poſtremã eſſẽm⁹ amplexuri.

Igitur, relictis ſuo loco aliorũ ſentẽtiis, quarũ nõnullæ (ut nõnihil jã attigimus) & ingenioſę, & eruditæ, & pia doctrina alioq; sũt refertæ, germana loci hujus expoſitio ea demũ exiſtimãda eſt, q̃ ab iſo autore Spiritu S. & per eũdẽ Prophetã erit prodita. Neq; expectare debemus, ut ipſi ſemp Prophetæ in ejuſmodi ſalebris nos expreſſè de genuino ſenſu admoneãt, licet id ẽt pſtent nõnunq̃: ſed attentè legendũ, nõ oſcitãter: & ea q̃ retrò reliquimus, in promptu ſemper habẽda. Fit.n. plerũq; ut ipſi Prophetæ in ſequentib. uno aut altero verbo addito in ipſo orationis curſu rapidiſſimo ſuboſtẽdãt, q̃d in obſcuriorib. præcedẽtib. ænigmatis incluſerint. Illud unũ verbũ ſi oſcitantẽ prætereat lectorẽ, clavẽ ſibi ꝓrſus excidiſſe exiſtimet, qua una ſerã illã humano ingenio pl⁹ q̃ obſeratã reſerare facile potuiſſet. Deinde cũ haud raro accedat philautia, qua nihil nos ignoraſſe videri volumus, ad ꝓpria cõmẽta recurrẽdũ e. in quib. quò quis fuerit acutior, eò & ſibi primũ ipſi, & lectori deinde credulo facili⁹ fucũ facit. Propheta ipſe noſter, q̃ in initio animalia vocarat, Cherubinos poſtea vocat. Ii cũ ferendę Gloriæ Dei inſerviant, non dubiũ, quin ad Propitiatorii ligneos, inauratos, & uniformes Che-

rubinos per tacitam quandã anthitheſin ſit alluſum. Ergo habemus, animalia illa Cherubinos eſſe, qui & Propitiatorii & divinæ Arcæ Legis Dei ſunt cuſtodes: quiq;, cùm jã non lignei ſtipides, ſed vivẽtes cœleſti vita pro collatis ſibi donis legitimè ſuas obiverint partes, Gloriam Dei per orbem circumtuliſſe, meritò dici poſſunt. Iã quinam iſti ſint, videndum ſupereſt, qua una in re totius viſionis ſubeſt difficultas.

Idẽ Propheta cùm poſtea in Regẽ Tyri invehitur, miſerũ illũ è ſublimi illo faſtigio mox deturbatur⁹ gloriã ipſius prius deſcribit inter alia his verbis, Tu, inqt. oẽs tũ perfectionis, tũ pulchritudinis, tũ ẽt ſapientiꝫ abſolvĩs numeros. In Eden, in Horto Dei fuiſti, veſtimentũ tuũ omni lapide precioſo ornatũ: Sardio, Topazio, Adamante, Iacyntho, Onychio, Beryllo, Carbũculo, Smaragdo, auro. Quo die creat⁹ fuiſti, tympana tua & tibiæ præſto erant. Tu Cherub Magnus Coopertus, quẽ & ego poſui: in Monte Sancto Dei fuiſti, in medio lapidũ ignitorũ inceſſiſti; &c His circumſtantiis licet raptim & veluti in trãſcurſu recitatis, tamen haud obſcurè clavem dat Propheta attentis lectoribus, qua apertè intelligant, & citra omnem hꝫſitationẽ, per admirabiles illos Cherubinos, quꝫ animalia primùm tanquã minùs attentè contemplatus judicaverat, PIOS OMNES REGES AC MAGISTRATUS SIGNIFICARI, quos ad ſui cultus cognitionem primùm deductos in ſummo illo honoris gradu Deus ipſe collocet, quo jã non homines quodã modo,

ſed

ſed Cherubini ſint, non lignei quidem inaurati, neque ſimplici forma præditi, ut illi erant, qui per Moſen in Tabernaculo illo ligneo, & per Salomonem poſtea in Templo fuerant poſiti, ut ibi immobiles permanerent, & veluti incluſam retinerent Dei gloriam intra populi Iudaici limites, ſed viventes, vita & Spiritu cœleſti præditi, divinis donis atque virtutibus ceu incomparabilis precii unionibus adornati, quadriformes, id eſt (ut mox dicemus) abſolutiſſimi, & divinæ Majeſtatis participes, ab ipſo Deo poſiti, qui Gloriam ipſius ad omnes quatuor orbis angulos recto ferant tramite, & tremendam atque adorandam univerſo orbi oſtendent.

Tyrius revera in Eden nunquam fuit: fortaſſis neque Hieroſolymas aut Sionis montem vidit unquam: amiciſſimum verò ac fratris loco fuiſſe Salomoni, gratulatum ipſi vehementer adepto regno, ſuppetias tuliſſe magno ſtudio, neque minore ſumptu, in ædificando Templo, ex ſacra hiſtoria manifeſtum eſt. Ergo eatenus Cherub fuit ferrendæ Gloriæ Dei inſerviens unà cum ipſo Salomone à Deo poſitus in id officii in Eden & in Monte Dei. Ejuſmodi officium Tyrius præſtitiſſet nunquam, niſi veri Dei cognitione primùm donatus, quæ citra ullam cõtroverſiam verè atque adeo ſummæ ſapientiæ nomine cenſeri debet. Illud ipſum officium præſtare ſummus atque incomparabilis erat per ſe honoris gradus: compenſabat tamen illud Deus in præſens ingentibus opibus, claritate

tate nominis eximia, regno florentiſſimo, æternis atq; intermoriturıs nunquam bonis poſtea compenſaturus. Sortem illam beatiſſimam Hirami poſteri veluti à pio parente per manus traditam ſua quoq; fide & pietate conſervare debuiſſent: ceſſantes ab officio primùm, converſi deinde & ıpſi in hoſtes infenſiſſimos populo Dei plectuntur meritò, atq; in ſuo ſupplicio ejus dignitatis incomparabilis habentur corruptores, quam fortaſſis nunquam, niſi in pio tantū parēte poſſederunt. Itaq; habentes jā quod attinet animalia, indubitatum Prophetæ ſenſum ex ipſiusmet expoſitione, non eſt quod ad aliud quippiam figuræ totius ſcopum transferamus: quin potius eam attentè inſpiciamus, & veluti emblema quoddā contemplemur, in quo Chriſtiani Regis officium atque dignitas ex ipſa Dei voluntate certiſſima, non ex hominum commentis pulcherrimè deſcripta eſt. Enimvero mundani Reges eam ſortem omni infelicitate cumulatam nacti ſunt, ut Gloriæ Dei in mundo uſq; adverſentur, & eam, quoad in ipſis eſt, extinctam cupiant.

Ergo habent hîc jā, qui pij Reges eſſe volūt, Quales ex ipſa Dei inſtitutione ſint, Quæ ipſorum gloria, Quis eiſdē in mundo locus, Quod officium. Sunt quidem ſi humanam conditionē ſpectare velint, (& ne in ſublimi illo faſtigio divinos aliquando honores obliti ſui ipſorū expoſcant, id ſubinde ſpectare debent) eiſdem obnoxii ægritudinibus, quibus cæteri hominum,

utpote ex eadem omnino maſſa, non ſublimiori. At ſi cœleſtem conſiderent vocationem, non homines modò, ſed Cherubini quadricipites, i. e. in quibus humanæ mentis acumen divina cogitatione atq; ſapiētia ultra humanas vires ſublevatum, Leonina, & Aquilina, ac Taurina cùm fortitudo, tum majeſtas regia concurrant: quæ utiq; ſymbolis ex terrenis rebus deſumptis declarari amplioꝛib. non potuerunt. Dum enim ex omni animantium genere ea delegit Spiritus S. in hujus rei typum, quæ citra controverſiam, sūt præcipua, ſignificari aperte voluit, nihil virtutis eſſe ſparſum in tota hac rerum univerſitate, quod in ſacro Cherub non ſit completum: idcirco & ad Tyrium dicit, abſolutum eum fuiſſe omnibus numeris. Alatis quaternis alis (quib. ingentem & pluſquam humanam virtutem atq; potentiam in divino illo miniſterio ſignificari complures docti ante nos tradiderunt) duæ volatui, eædemq; contactui mutuo ad alios ſui ordinis Cherubinos, quaſi in ſymbolum mutui in Dei opere auxilii, inſerviunt: duæ corpori, id eſt toti regno, cui præſunt, & cujus partes veluti quædam corporis ſui miniſterialia ſunt mēbra, & operimento h. e. protectioni, & ornamento ſunt: quare & idē Tyrius Cherub coopertus ſeu cooperiens eſt vocatus. Nihil præterea in eis videre eſt, ſive alas, ſive ſub ipſis alis latentes manus, ſive univerſā eorū carnē quacunq; ex parte contempleris, quod vigilantiſſimis ac pellucentibus

tibus oculis nō ſit reſperſum. Id eximiam quandam & quæ nullo Mercurij cujuſq iam aſtu eludi poſſit, tū per ſpicacitatē tum vigilantiā & ex ſacris & ex profanis literis interpretar fas eſt. Ardēt prçterea toti undiq; cœleſti ac terrifico igne Gloriæ Dei, vibrant ex ſe ſcintillas æris candentis, imo & fulguris corruſcantis inſtar, dum ad officia diſcurrunt, neq; quicquam eſſe apparet in univerſa rerum natura, quod aut avertere eorum curſum, aut remorari poſſit. En quales ſint. Quæ ipſorum gloria, tum ex ijs eiſdem quæ modo diximus, tum ex eis quæ ad eundem inauſpicatum Regem Tyri dicuntur, certò agnoſcent: (Tu inquit) omnes perfectæ ſapientiæ & abſolutæ pulchritudinis abſolvis numeros. Veſtimentum tuum omni lapide precioſo ornatum, Sardio. &c.

Ingentem hîc gloriam, & qua major niſi veſtimento omni unionum genere ornato ſignificari non potuit, & ad quam ipſe etiam Deus, qui eos poſuit (ait enim, Ego te poſui) in lætitiæ & triumphi ſignum tympana & tibias, quæ in ipſorum creatione, hoc eſt inveſtitura & in auguratione regni, audita ſunt, adhibuerit, interpretari licet. Locus, qui, ut cætera omnia, gloriam ipſam in immenſum auget, In Eden, inquit, in Horto Dei, & in ſancto ejus Monte, id eſt in eisdem locis in quibus Deus, cujus Gloriam ferunt & Gloriam & Majeſtatem

ſuam hominibus patefecit familiarius. Deinde & inter lapides illos, inquit, ignitos. Deſcripſerat antea primo cap. ſolium Dei in ipſius Gloria ſimile haſmal, i.e. electro cādenti, ac ſi intus eſſet ignis: ipſum etiam ſoliū, nec non & rotæ ipſę currus videbantur eſſe ex Saphiro lapide: omnia verò igne illo terrifico Gloriæ Dei veluti conflagrantia: haud ab re ergo fuerit, ex iſta verborum collatione ipſorum locum in ipſo Dei ſolio, ſuo gradu tamen, interpretari, quo quid dici potuit auguſtius?

Officium, ut duobus verbis dictū ſit, Sacroſancti Miniſterii Evangelici eſſe cuſtodes: item, Revelatam in eo Dei Gloriā continenter pro virili propagare, ferreq; ſupra capita per totum orbē ad quatuor mundi plagas, quaquaverſum vocarit Deus, idq; bovino ſive rotūdo, i.e. firmiſſimo, recto, inflexibili, ac plane elephantico pede, & à ſemel inſtituto tramite reverti neſcio: humana item manu, i.e. miniſterio benigno & ad duriſſima quæq; ingenia benignitate, quoad fieri poſſit, ad pietatem allicienda comparato: quando & miniſterium iſtud adeò ſublime in homines à Deo inſtitutum, per homines ipſos, non per ſublimioris cujuſpiam naturæ creaturas adminiſtrari ipſe voluit.

Spiritu Dei ad officium ita animatos atq; cōcitatos rotæ ſequentur eodem utiq; ſpiritu impulſæ: non fallent. Quocunque ipſi ſe converterint, ponè ipſos procedunt rotæ non minus atq; ipſi ſublimes aſpectu terribiles omni carni, oculati

lati undiq;.Harum nominę pia illorum conſilia actionéſq; omnes quibus Dei Gloriam uſquam promovebunt,intelligo.Hæc inquam,ſi eodem cœleſti ac Gloriæ Dei ſtudio unicè flagrati ſpiritu,quo ipſi Cherubini eſſe debent,impulſæ fuerint,ac veluti animatę,vigilantes,circũſpectęq; undiq; erunt,vera ſapiẽtia plenæ,aptæ quaquaverſum velocem atq; indefeſſum curſum intendere ingenti cum terrore adverſariæ cujuſcunq; poteſtatis: neque felix eventus fallet unquam. Præter illum ignẽ(ut& hoc quoq; paucis attingamus) quo omnia in ſacro hoc curru, atq; etiã extra tota nubes per circuitum ardere videtur, ignis alius eſt,quem inter rotas ipſas Cherubini geſtant, diſpensántque pro ſuo arbitrio, per manus tamen viri cujusdã lineis indumentis, veſtiti, neque ſine triumphantis Chriſti juſſu, ut ex c.10.apparet. Quid hoc aliud ſibi velle divinemus,quàm divinam vindictam, quã in eodem illo curru cum ipſa Dei gloria Cherubini gerant in contemptores? Neq; hoc ipſum ab Evangelii natura eſt alienũ,nam in illo ipſo Evangelio,quod (teſte Paulo) potentia Dei eſt iñ ſalutem credentibus, ira Dei revelatur adverſus eos,qui corruptiſſimis mundi ſtudiis dediti tãtum bonum faſtidierint.Hinc etiam in miſerãdi Regis Tyrii ſupplicio mox legemus, Deum ad ipſum dixiſſe, Ergo & ego eduxi ignem è medio tui,&c.

O utinam Reges atque potentatus omnes, quotquot Chriſtum profitentur, & aut Catho-

lici, aut Chriſtianiſſimi, ſive etiam Evangelici dici volunt, hic mihi adeſſent: & à ſuis ſive voluptatibus, ſive ad ſuos quiſq; fines extendendum conatibus frigidis, ſive à ſuis aliis furoribus, per quos ex regnis florentiſſimis patriæ (cujus patres potius eſſe debuiſſent) ſepulchra faciunt, ſive ab aliis quibuſvis vanis ſtudiis paulisper ſe ad hanc picturam intuendam paterentur avocari, qua conditionem ſuam verè felicem agnoſcerent, ſi ex animo eſſe vellent quod dicuntur; ſin vero minus exitum peræquè calamitoſum, qui juſtiſsimo, eodemque certiſsimo Dei judicio ipſos manet. de quo vel unum Tyrii Regis exemplum abundè poſſet eos edocere. Illud ſubijcere ab inſtituto noſtro haud erit alienum. Quia (inquit Propheta) elatum fuit cor tuum, & dixiſti, Deus ego ſum, & in throno Dei ſedeo in corde maris, cum ſis homo & non Deus: poſuiſti verò cor tuum ut cor Dei, ſapientiſsimus, opulentiſsimus. Ob multam negotiationem tuam evaſiſti iniquitate plenus, & peccaſti, ego etiam ejeci te è medio lapidum ignitorum, O Cherub Coopertè. Ob pulchritudinem tuam cor tuum ſeſe extulit: ob ſplendorem tuum ſapientiam tuam corrupiſti. Ergo deijciam te ad terram, aliiſque oſtentabo regibus, qui in te aſpicient. Iniquitatum tuarum multitudine, & negotiatione tua iniqua polluiſti ſanctuarium tuum. Ergo & ego eduxi ignem è medio tui, téque abſumſit: téque redegi in cineres ſuper terram ſub oculis omnium qui te aſpiciunt.

Omnes

Omnes in populis qui te norunt, ſuper te obſtupeſcét: dimovêre, neq; eris amplius in ęternū.

Sanè eminentiſsimi hujus gradus gloria tanta eſt, ut periculum ſit, ne qui in eo ſunt conſtituti, ſe, ſuas eximias ac planè divinas dotes, locum, dignitatem, non Deum ipſum, qui eos poſuit (libenter utor ipſo Dei verbo, Ego te poſui) intuentes, amore rapiantur ſui: ſeſéque contempto Deo, extollant, admirentur, glorificent, adorent: atque ex ſapientiſsimis Cherubinis eò deveniāt inſaniæ, ut eiſdem illis admirandis Dei donis Deo ipſo bellum inferre tentent, ut eum è ſolio ſuo deijciant, perindeac ſi in animis ſuis auſi eſſent dicere, Deus ego ſum, Quod & Tyrius fecit, Quid deinde? Videlicet Cherub ille Magnus divinis virtutibus ceu precioſiſsimis gemmis undiquaq; conveſtitus, tam alatus, tam oculatus, quaquaverſum, qui revera erat in Dei throno inter ignitos illos divini ſolii lapides, è ſolio deturbatus eſt projectus ad terram, protritus pedibus Chaldæorum, vaſtata atq; diruta regia urbe ſua, clariſsima atq; opulentiſsima, frequentiſsimo orbis emporio: ejuſq; ruinis multis poſtea ſeculis p Alexandrū Magnū, teſte Curtio, in ipſum mare cōportatis, ut ēt idē Propheta fuerat illi vaticinatus, q̄ unū ad illa uſq; tēpora deeſſe videbatur toti⁹ Prophetię de Tyri vaſtatione cōplemēto. Erat hic ille ignis divinæ vindictę, quem in ſacro curru Cherubinos ſacros geſtare, ſupra oſtendimus, de quo & nūc audivim⁹, Ergo & ego eduxi ignē è medio tui, &c. quaſi dice-

 ret

ret, Geſtabas tu, ô Cherub eximie, unà cũ aliis ſociis tuis Gloriam meam, cujus unius conſpectu beabas alios, alios verò extrema miſeria afficiebas: illos, quia reverenter Gloriam meam excepiſſent, hos, quia contempſiſſent. Nunc verò quia eandem Majeſtatem meam & ipſe contempſiſti, in idem incurriſti vindictæ meæ judicium, quod in hoſtes meos, Gloriæ ac Imperii mei, impios contemptores, geſtare ipſe eras ſolitus.

Accurrant, accurrant ergo huc Chriſtiani Reges, nobiliſſimum ſupplicium ſpectaturi, quo Dei judicio per Chaldæos carnifices primùm incepto, deinde tot poſtea ſeculis per Alexandrum conſumato homo ſui ordinis de officio in trahendo Dei curru malè præſtito pœnas dat in totius orbis theatro, ut & ipſi diſcant manere in officio: ſin verò, ſimilia ſibi, regnis ſuis, & univerſæ gloriæ ſuæ polliceantur: quando ad hoc ſpectaculum licet univerſus orbis convocetur, tamen reges ipſi ſpeciatim ut accurrant, admonentur: Et oſtentabo te, inquit, Regibus, qui in te aſpicient, id eſt exemplo ſupplicii de te ſumpti reddentur & ipſi cautiores.

Eſt jam quod ad vos, o Reges atque Principes & quicunque rerumpublicarum Magiſtratus, quotquot Evangelium Chriſti profitemini ſermonem noſtrũ convertamus. Nam hic Prophetæ locus cum ad ſingulos vos pertinet, tũ etiam ad univerſos. Quaſi Emblema Propheticum eſt

quod

quod hic dicitur, in quo vos veſtros gradus intueamini, & dignitatem quiſque ſuam, & officium: & quem inde quiſque honorem atque gloriam adepturus ſit, intelligat officio ſuo ſtrenuè functus.

Dicat fortaſſis aliquis, nos hanc figuram noſtropte ingenio interpretari, & eſſe hæc fortaſſis probabilia, non neceſſaria tamen. Neque profecto ego aſſumo tantum mihi, ut hanc explicationem habere velim autoritatem in Eccleſia Chriſti; tamen etiamſi complura hîc neceſſaria eſſe aliqui concedere nolint, concedāt tamen neceſſarium & ſententiæ Prophetæ cōſentaneum, Cherubinos illos admirabiles, pios omnes Reges eſſe (inter quos vos Principem locum tenetis, qui Religionem & Veritatis doctrinam tenebris ſuperſtitionum oppreſſam atque ſubmerſam glorioſa veſtra confeſſione, ſuæ luci reſtituiſtis, atque pro Cherubico illo veſtro officio, eos defenditis, ac fovetis, ꝗ eandem doctrinam in Scholas & Conciones populi revocant) id quod ipſius Prophetæ teſtimonio demonſtratum eſt.

Atqui ipſam DEI gloriam ad Evangelium Chriſti pertinere, ex illo Pauli Apoſtoli, & Iohannis Evangeliſtæ teſtimonio, de quo ſupra dictum eſt, conſtat.

Agnoſcetis quoque pro veſtra ſingulari prudentia, quemadmodum divina ira procedat ad eorum pœnas, qui ingentis illius gloriæ contemplatione, qua donati à *Deo* erant, transverſum

Digitized by Google

ſum rapti ſuperbiæ æſtu, non Dei gloriam, ut par erat, ſed ſuam ipſorum per orbem circumtulerunt. Supereſt modò, ut ét atque ét videatis, quonam pacto gradum retineatis veſtrum.

Atque hoc non eò ſcribo, quòd de veſtra cõſtantia quicquam metuam: ſed ut videatis nos in gradibus noſtris infimis ſuſpicere, atque inſpicere vos, qui in ſummo eſtis collocati, & vobis fortitudinem & conſtantiam & ſapientiam perpetuam optare, atque etiam gaudere nos, atque vobis gratulari de veſtris virtutibus.

Cæterum in ſacri huius operis dedicatione, quod uni quidẽ Deo inſolidum nuncupatũ, patrocinio tñ veſtro, quanta poſſumus animi ſubmiſſione cõmendare ſtatuimus, extollerent alii fortaſſis in cœlum tũ heroica veſtra facinora, quibus hactenus in promovendæ gloriæ Dei officio perſtitiſtis, tum eximias illas veſtras dotes, neque id immerito, utpote quas vel ipſe Spiritus S. in præſenti prophetia precioſiſſimis ac ſelectiſſimis unionibus compararit. Nos verò in eiusmodi virtutibus ſuſpicimus quidem dona Dei ingentia, eique immortales agimus gratias, quod renaſcenti Eccleſiæ ſuæ temporibus adeò calamitoſis, qualia ante multa ſecula non ſunt viſa, vos Cherubinos quadrigæ gloriæ ſuæ aurigas cœleſtibus illis dotibus inſtructos conſtituerit, & aſſiduis precibus efflagitamus, ut benignam ſuam providentiam in vobis declaratam erga nuper renatam Eccleſiam ſuam & in cunis adhuc vagientem, ſęviente interea undiq;, atq;

arma

arma & ſupplicia expediente in recentem fœtũ impio mũdo, cõtinuare velit. Veſtras v. laudes ꝙ attinet, eis ꝓpriè elogia cõvenire arbitramur quib. tutò occini poſſint, i. e. iis, qui ſtrenuè pacto vitæ curſu, neq; p ullã ſupbiam Dei dona, neq; partas ſuo labore virtutes ulla ſua negligẽtia corrũpere, neq; ullo ſtolido aſſentationis ſẽſu tãgi poſſunt, unde piculũ ſit ne in Tyrii regis inauſpicatiſſimi & crimẽ & ſupplicium incurrãt. Humanũ ſanè eſt ex à ſe rectè factis laudes venari: venatur autẽ haud obſcure, qui eisdẽ excitatur ad ꝓgreſsũ virtutis. At rectè factorũ, ſi q̃ ſint, laude & gloria in ipsũ Deũ relata, exiſtimare, nihil te feciſſe hacten⁹ quo laudẽ mereare: & ad ea q̃ p agenda ſupſunt, oẽs & animi & corporis vires intẽdere, quaſi nihil hactenus feceris, indolis eſt veræ Chriſtianæ. Itaque adhortãdi nobis sũt vivi, ne in officio ceſsẽt: neq; immodicis laudib. onerandi, vel juſtiſſimis, ne ſatis unq̃ ſe feciſſe arbitrẽtur: laudãdi in exemplũ vivorũ mortui felici curſu defuncti. Reſtituit orbi Deus veſtro tẽpore cõſpectũ illũ gloriæ ſuæ verè piis æquè jucundũ, atq; impiis formidabilẽ, in illius curru, quo è loco Rex Tyri⁹ olim deturbat⁹ eſt, deturbãturq; quotidiè illi ſimiles, ipſi aſciti eſtis ineffabili ſanè Dei beneficio, atq; adorãda ipſius ꝓvidẽtia, eadẽ tñ qua & Tyri⁹ lege, nẽpe & dignitatis incõparabilis æternũ retinẽdę, ſi in trahẽdo Dei curru ſtrenuè pergatis, & piculi (ꝙ Deus avertat) ſi ceſſetis. Quare eum verè laudare, vobiſque & raræ veſtræ felicitati, ô Viri Principes, verè at-
Digitized by Google

que ex animo benevelle arbitremini, qui ad officium excitet, hortetur, urgeat, pungat. Neque is decipere ullo modo poteſt, qñ neque eiusmodi honeſta vellicatio (quæ eſt noſtra omnium in officio ſegnities) nunquam non poteſt nobis eſſe peropportuna. *Macti* ergo animis atque virtute ſitis Cherubini ſacratiſſimi, (qui enim ampliſſimis atque ornatiſſimis iſtis titulis non ornemus eos, quos ad vehendam gloriam ſuam Deus unxit, atque ſibi ipſi conſecravit?) quo hanc veſtram perpetuo dignitatẽ tueamini. Id verò efficietis primum, ſi huius emblematis Prophetici tabella frequenter in oculós veſtros incurrat. Eximio olim fuiſſe ornamento fertur Saturni Fano Cæbetis Thebani tabula, qua Poëtica, non Prophetica pictura, non ab ipſo Spiritu Sancto, ſed ab homine Philoſopho conficta admonebantur homines, quo pacto deberent vitã rectè inſtituere: quanto ergo magis egregio erit ornamento Chriſtiani Principis aulæ Propheticum hoc emblema ſuis coloribus affabrè depictum & in frequentiori aulæ loco expoſitum omnium oculis, & veſtris imprimis, quo tantæ rei ſedulò admoneamini? Deinde, ſi omnibus officii veſtri partibus ex eodem emblemate probè cognitis, ad illud ſtrenuè præſtandum animum ſeriò appuleritis. Eſt autem, ô Sanctiſſimi Heroës, quod eam imprimis picturæ huius circumſtantiam memoria usque repetatis, mutuum videlicet illum alarum contactum, quo Cherubini omnes in ea-

Digitized by Google

in eadem ſanè opera adeò ſimul coniunguntur, ut alterum ſine altero nihil, omnes ſimul plurimum poſſe videantur, imò, ut verius dicam, nihil non poſſint.

Noſtis pro ſingulari veſtra ſapientia, quid hac in parte deſideret in vobis Dei populus. Funiculus triplex (inquit Sapiens) difficile rumpitur. Neque quantum in eiusmodi etiam reb⁹ valeat mutua ſociorum atque fida opera, profani ſcriptores tacuerunt. Homerus totius Philoſophiæ parens, quærenti Neſtori in Græcorum Senatu, ſtrenuum quempiam qui Trojanorum caſtra exploratum iret, Diomedem ſic introducit reſpondentem:

Me, ô Neſtor habeto,
Si modo des ſocium: fiducia quippe duobus
Maior adeſt, dum ſe ſubigunt, dum ſenſa viciſſim
Alternant: ſubit ambobus, quod non ſubit uni.
Se ſociant, ita rem ſolidant, conſultaq; firmant.
Ac ſi qua mecum, vel recta, excogito ſolus,
Hic tamen usq; — diffido, atq; irrita duco.

Si in hac cœleſti quadriga ſibi quisque Cherubinorum velit ſapere, aut ſolus currum promovere, atque ita diſiunctis à ſe invicem rotis, aliisq; conſiliis invicem & actionibus, in ſuam quisque partem trahat, diſſolvetur currus, tantum abeſt ut promoveat. Coniunctione itaque indivulſa opus eſt, qua una conatus omnis proſperè cedet. Opponent ſeſe curſui veſtro tum montes excelſi, tum terræ hiatus vaſti, tum flumina,

mina, tum maria. Quaternis unumquenque veſtrum alis vos eſſe à Deo præditos meminiſſe hîc oportebit, quibus illas inſuperabiles alioqui difficultates eluctabimini. Mundi ſatrapæ ac proceres cũ ſuis populis gloriæ Dei conſpectum, ac cœleſtem illam veſtram lucem non ferentes, neq; patientes ullo modo regnare eũ, cui Pater regnum dederit à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terrarum, pro antiqua ſua in ipſum, regnumq́; ipſius glorioſum conſpiratione, opponent ſeſe. Eos non ex beſtiis correctis nominibus auſpicatiſſimis Cherubinorum, quẽadmodum vos, ſed immanium, & trucium beſtiarum titulis notari in ſacris literis ex Daniele, Apoc, & in Pſ. Dâvidicis ſæpè edocti ſumus. At qui ſævæ atq; ingentes iſtæ belluæ, permanentes usq; belluæ in ſacra nomenclatura, quia neq; ipſæ mutant ingeniũ, magnitudini ſacrorum Cherubinorum cõparatæ, q derunt? Locuſtas rurſus appellant divina oracula oẽs populos, qui ſeſe Deo opponere audent, reges vei ò ipſorum, locuſtarum locuſtas. Bellua immanis atq; ingens, totius orbis terror dici poterat Monarcha Aſſyrius cum univerſa ſua monarchia. Quid tãdem de eo dicit divinus vates Nahum, eo ꝙ populo ẽt Dei immanitate ſua terrorẽ incuſſerit? Principes (inquit) tui, ut locuſtæ in die frigoris ſepibus inſidentes: oriente ſole diſparent, neque agnoſcet amplius quisquam quo fuerint loco. Iam qui metuant ſibi à locuſtulis Cherubini illi potentiſſimi?

Hæc

Hæc habuimus, Viri Principes, quibus veſtram nunc dignitatem & officium ſacratiſſimum clariſſimę huius viſionis interpretatione ornaremus: vos pro ſingulari veſtra clementia ſtudium erga vos noſtrum hoc munuſculo teſtatum nequaquam aſpernabimini. Neq; enim animo edocendi vos hæc arroganter atq; ambitiosè inſtituimus, quos perſuaſu habeamus, cũ ex vobis ipſis ſatis ſupq; edoctos eſſe, tũ verè neq; domi deeſſe vobis doctores, quorũ ſedula ac pia diligentia de hisce reb. inceſſanter admoneamini. Verùm cum has ſacras lucubrationes noſtras verſionis Hiſpan. ſacrorũ Bibliorũ Auguſtiſſimæ Maieſtatis veſtræ patrocinio cõmendare ſtatuiſſem⁹, haud aliunde ducere nos poſſe exiſtimavim⁹ aptiora, efficacioraq; argumenta ad id vobis pſuadendum, q̃ ab officio veſtro, & operis ipſius tũ neceſſitate, tum dignitate. Officium veſtrum etſi illud ipſum eſſe ꝙ ſupra oſtendimus, ex cõpluribus aliis Scripturæ locis, idq; maiori pſpicuitate, ediſci abunde potuiſſet, tñ (ni vehementer fallor) vix extat ullus alius in univerſo Scripturæ Sacrę codice, in quo pulchrius, vividius, atq; efficacius, addo ét copioſius, q̃ in ſacro hoc Emblemate ſit depictum, & loci alioqui inſigniter difficilis, tamen ea eſt indoles & natura, ut quo viſio eſt abſtruſior atque admirabilior intuenti, eò magis & intelligentiæ ſuæ deſiderium excitet piorum animos, qui probè norunt, poſt leges, præcepta, parabolas,

Digitized by Google

las, paræmias, typos, ſacras odas, quibus hoc ipſum regib⁹ inculcatur, haud fruſtra hoc quoque per emblemata docendi genus à Spiritu S. fuiſſe uſurpatum, ſed (modo fidus accedat interpres) in magnum Eccleſiæ ſuę uſum, atque emolumentum. Eo hîc fit jam manifeſtum, ſacri verbi Dei tutelam atque defenſionem, quocunque demùm ſit idiomate, ad nullos, quàm ad vos ipſos, potiore jure pertinere, qui & ſacræ Arcæ Dei cuſtodes, & gloriæ ſuæ propagatores ab ipſo Deo in tanto, tamque ſublimi & gloriæ & potentiæ faſtigio ſitis conſtituti: atq; hæc de officio veſtro. Operis neceſſitas, qua cogimur veſtrum officium in eius tutelam implorare, manifeſtior eſt, quàm quæ novis ullis indigeat argumentis. Iam dudum Satanæ regno bellum indiximus, intulimus, gerimus, nulla nobis adverſus eum uno Deo verbo potentiora arma ſunt: quo fit, ut dum illud vulgare iis facimus, qui eo per ſummam iniuriam hactenus caruêre, eiusmodi opus aggreſſi ſimus, quod, quò ad Dei gloriam illuſtrandam & hominum ſalutem promovendam eſt magis neceſſarium, eò Satanæ & hominum ipſi addictorum graviorem invidiam incurrat. Porrò eiusdem operis dignitas an non ea eſt, quæ præcipuos totius orbis Monarchas patronos ſibi vendicet? Ergo habetis antè Imperia, regna, principatus, civitates veſtras: dextra ſiniſtraq; cæteros populos: ponè atque à tergo extremos ad columnas Herculis Hiſpanos, atque

de Cherubini quatuor capitibus unum illud eſt velut occiput, poſtpoſita ſpectans, intuénsque. Itaque Gloriam Dei veſtris votis, auxiliis, auſpiciis, veſtris quaternis & pedibus & alis, veſtris item infinitis oculis, tota denique auguratione ad Calpe Abylamque comportate. Neque Hiſpani Indive, extremo illi, altero iſti orbe diſſiti (votis modo præſtare, atque illis accipere ſacroſanctum veſtrum officium liceat,) minùs, quàm imperio veſtro ſubjecti, vobis hac in parte chari eſſe debent. Fortunet Deus ſanctiſſimos conatus veſtros in gloriæ ſuæ promotione, Cherubini Magni, Vncti, Cooperti, Glorioſiſsimi atque Sacratiſsimi (nullos enim humanos titulos iſtis, quibus ab ipſo Dei Spiritu ornamini, arbitramur auguſtiores) quò ſublimem illum locum veſtrum poſitis æternum retinere. Amen

Sacratiſſimæ dignitatis veſtræ obſervantiſſ.

INDEX SPECVLI THEOLOGIÆ MYSTICÆ. LIBRI PRIMI.

DISSERTATIO I. *De feliciſſimâ illâ arbore, in quâ* CHRISTUS *crucifixus eſt. pag.* 1.

II.

De eô, quod CHRISTUS *ſurrexit à Cœnâ, & depoſitô palliô ſe linteô precinxit, & aquam in pelvim immiſit.* *pag.* 11.

III.

De avibus, quæ circa Paſcha lætiores, & vivaciores conſpiciuntur. *pag.* 14.

IIII.

De Simiâ, & ejus fœtu. *pag.* 20.

V.

De Liliô, & eius folijs. *pag.* 21.

VI.

De Nadab, & Abihu Aaronis filijs, quòd ignem alienum DEO *offerentes periêrunt.* *pag.* 23.

VII.

De magnô Babyloniæ Rege, & ſpoliatione Tẽpli. p. 26.

VIII.

Quomodo populum Iſraëliticum in terram promiſſionis proficiſcentem ſequi debeamus. *pag.* 29.

IX.

De Gentili Idololatriâ. *pag.* 47.

X. De

INDEX.

X.

De Mandragorâ. pag. 44.

XI.

De Ferculis, quæ Diabolus Mundo apponit. pag. 45.

XII.

De avibus, quæ in mediâ æſtate à cantu abſtinent. pagin. 54.

XIII.

De quatuor illis Portatoribus, qui plerunq; Mortuos in funere efferre ſolent. pag. 65.

XIV.

De Tigride, & quomodo illa capiatur. pag. 68.

XV.

Quare nonnulli ex Prælatis comparentur Idolis, ſeu ſtatuis. pag. 71.

XVI.

De ijs, quorum aſpectu humani oculi delectantur, & reficiuntur. pag. 75.

XVII.

De Elephante, & quid per illum ſignificetur. pag. 77.

XVIII.

De hominibus, qui varijs feris, utpote Leonibus, Tigribus, Cervis, Hianis, Struthionibus, Draconibus, & Leporibus comparantur. pag. 79.

Y 2 XIX.

Digitized by Google

XIX.

De pueris, qui Prophetam Eliſæum irridentes, dilacerantur ab urſis. pag. 88.

XX.

De ſeptem illis Vaccis à Ioſepho circa quietem viſis, quæ pinguiores juxta ripam fluminis devoravérunt. pag. 94.

XXI.

De gentibus, quæ Iſraëlitis extirpandæ fuêrunt, & quid per illas Myſticè intelligamus. pag. 97.

XXII.

De Luteô illô pariete Ezechielis cap. 13. verſ. 10. 11. & 12. pag. 100.

XXIII.

De Vidua Vnigenitô mortuô, cujus feretrum CHRISTUS tangit, illumq́ extra Portas civitatis Naim efferri non permittit. pag. 101.

XXIV.

De eô, quòd CHRISTUS ad illum, quem à Legione Dæmonum liberavit, dixit: Abi domum tuam. pag. 103.

XXV.

De quinq́ illis Porticibus apud Piſcinam Templi, in quibus jaceb at ingens ægrotorum mutitudo. pag. 108.

XXVI.

De Monili illô, quô Aegyptij olim ſuos inaugurârunt Iudices, pag. 114.

XXVII.

De eô, quòd Dominus Levit. 1. v. 16. præcepit, ut Sacerdos plumas avium immolandarum ad locum cineris proijciat. pag. 117.

XXVIII.

De myſteriô in Olivâ adumbratô. pag. 119.

XXIX.

De Pinguedine Spirituali. pag. 122.

XXX.

De duplici veſtitu, quô ſedulæ illius Matrisfamiliâs Prov. 31. v. 21. domeſtici veſtiuntur. pag. 125

LIBRI SECVNDI.

DISSERTATIO. I. Quid Chriſtus ſignificare voluerit ſententiâ illâ Matth. 10. Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes. pag. 129.

II.

Quibus de cauſis CHRISTUS Verbum, & Evangelium ſuum de regnô cœlorum comparaverit Granoſinapis. pag. 133.

III.

Quare Diabolorum illa Legio Matth. 8. ad CHRISTUM clamaverit: Veniſti huc ante Tempus torquere nos? Et quare mitti voluerit in gregem porcorum. pag. 135.

IIII.

De diverſis ſacrarum litterarum figuris, quibus Avaritia

ritiæ abominatio, & condemnatio toti mundo exponitur. pag. 140.

V.

Quid per Lepram, & Leproſos in ſacris literis intelligatur pag. 143.

VI.

Quid per Samſonem in libris Iudicum ſignificetur. pag. 153.

VII.

Quibus de cauſis Miniſtri Eccleſiæ paßim in ſacra ſcriptura Angelorum nomine appellentur. pa. 154.

VIII.

Quare hi ijdem Miniſtri vocentur Paſtores. pag. 155.

IX.

Quare nullus Malleorom ſonus in templo fuerit auditus, cum illud SALOMON ædificaret. pag. 158.

His annexa eſt diſſertatio Valentini Cratoaldi de Veteris depravati, novi item, ac reparati hominis conditione, & ſtatu. pag. 160.

LIBRI TERTII.

Allegoriæ, quæ ex aliquot ſacrarum literarum libris proponuntur, & Patrum teſtimoniis illuſtrantur.

Ex Genesi. pag. 185. & ſeq.
Ex Exodo. pag. 236. & ſeq.

Ex

Digitized by Google

INDEX.

Ex Levitico. *pag.248.& ſeq.*
Ex Numerorum *libro.* *pag.257.& ſeq.*
Ex Deuteronomio. *pag.274.& ſeq.*
Ex Iosua. *pag.278.& ſeq.*
Ex Iudicum *libro* *pag.282.& ſeq.*
Ex *1.lib. Regum.* *pag.290.& ſeq.*
Ex *2.lib. Regum.* *pag.296.*
Ex *3.lib. Regum.* *pag.297.& ſeq.*
Ex *4.lib. Regum.* *pag.305.& ſeq.*

HIS OMNIBVS ADIECTA EST.

Dissertatio Vltima; *Quid Reges, & Principes, totiusq; Chriſtiani orbis Magiſtratus ex Viſione illa admirabili Ezechielis cap. 1. diſcere debeant.* *pag.310.& ſeq.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google